



756098







Handwritten text in cursive script, possibly a signature or a list of names, located on the right side of the page. The text is written in dark ink and is partially obscured by a large, irregular water stain on the left side of the page. The words are difficult to decipher due to the cursive style and the staining.

Z

Donatus Hoysbe Hooy

Spinoz Dombicari

per Spilwed Druin

Rudolphus Nederhij

Anno 1510 die 10 Julij

Actum I. 844-845.



FASCICULUS BIBLICUS

A Musis nexus.

SEU

COMPENDIUM METRICO-BIBLICUM,

Quodlibet Sacrae Scripturae Caput
In Carmen Leonino - Tetrasticum
contrahens.

Cui accessit

ALTERUM COMPENDIOLUM,

Sive

MEMORIALE MNEMONICUM,

In singula Capita singulas voces exhibens.

Quod primò ad majorem Sacrae Scripturae
notitiam comparandam sibi multò labore college-
rat, nunc autem tanquam Fasciculum ex sacris
Floribus compositum etiam aliis jam diu ex-
pectantibus Sacrarum Scripturarum amato-
ribus exhibet

P. PIUS FÜSSI ORD. PRÆDICATORUM,

Concionator Vacienfis.

Annò, quò

BoheMa Dat sCeptra saCer eX poLo ArbIter Plæ thereslæ.

BUDÆ, typis Veronicæ Nottenslein, Viduæ,

Anna Oshaysh.



S
M
N
M
T
A

D
P
I
C

Sacratæ Cæli
REGINÆ,
Totius orbis terrarum
DOMINÆ,
Salvatorisque
PARENTI.
Christiadum
PATRONÆ,
Almæ, Sanctæque
MARIÆ.

Mille Tibi, oh Virgo Sacra, & Divina Genitrix,
Sum pridem obsequiis obstrictus, cui simul omnis
Multò se titulò devinctum noverit orbis.

Nam per Te à Divo promanant plurima nobis
Munera, quæ numerò si quis comprehendere vellet,
Tantum est, ac cuperet numerare aut sydera cæli,
Aut guttas Ponti, vel lati gramina campi.

Unde Salus rediit nobis mortalibus ægris,
Dum totum vetitis homo primus fructibus orbem
Perdedit, & dignos stygiò nos reddidit antrò?
Ipse quidem nasci Divus decrevit, ut axem,
Criminibus clausum referet, reparetque salutem.

Tu tamen extiteràs ex multis millibus una,
Quæ Divinam orbi digna esses gignere Prolem.
Quæ si non esses, ^a non quemquam mundus haberet,
Offensi meritam qui possit Numinis iram
Placare, opponatque inanum, dum fulmina sumit,
Ut dignis plectat reproborum crimina flammis.
Heu quoties Divus multò peccamine læsus
Totum, ut promeruit, ^b voluit disperdere mundum!
Tu tamen arreptum de dextra sæpè flagellum
Sumpstisti, & precibus scïsti sedare furorem.
Hæc igitur veteri multò est felicior ætas.
Nam ^c qui olim teneat Divum punire volentem,
Non fuit, & ^d rigidas tunc culpa levissima pœnas
Sumpsit: sic Divi fuit implacabilis ira.

At nunc, dum in toto tot regnant crimina mundo,
Deleri que foret dignus pridem igne vel undis,
Stat tamen, & Divi, quàm quondam, parcior ira est.

Quid mirum? nam etiam tigridis mitescere credã
Naturam, mitis quam lac nutriverit agnæ.
Non matrem elegit Deus, ut fuit impia Progne,
Vel nurus Ægypti, vel sæva Agamemnonis uxor,
Aut nata Ætæ: nec tandem fœmina talis,
Qualis Telegoni mater, qualisvè Medusa
Dicitur, illum uterò gessit, vel lacte cibavit.
Sed Tu, quâ totò non fœmina mirior orbe
Exitit, esse Parens meruisti Numinis Almi.
Tam ^e clemens igitur dum Divum Mater in alvo
Gessisti, & dulci lactabas uberis undâ,
Hoc fuit, ut fieret mansuetus, deque leone
Immitis mitem Divus transfret in agnum,
Mutaretque, ut non (ceu quondam) puniat, iram.

Denique Tu nobis scutum es, ne aut fulmina Divi,

Aut

Aut Satanæ noceant tela, hostilesque sagittæ.
Tu spes es mundi, Tu Dux, quâ nostra secundò
Vita fluat cursu, seguraque littora tangat.
Et cuncta ut paucis complectar, es omnia nobis,
Quæ si interventu nos prives, atque favorem
Eripuisse velis mundo, rear omnia rapta.
Nam f neque tunc de alto manabunt munera cælo
In terram, & nec quis de terra scandet in axem.

An Te, tantorum cùm per Te parte bonorum
Perfruihur, meritò non totus diligat orbis?
Imò amat, atque colit, quod tot sacra Tecta, basesq;
Nominibus constructa Tuis testantur, & aræ.
Hoc quoque tantorum præclara volumina Pâtrum
Testantur, qui altis tua dant præconia scriptis.
Ah cur deficiunt mihi vires? Cur ego templa,
Aut altos nequeo tibi construxisse Colossos?
Cur deest ingenium? Cur grandes scribere libros,
Quæis tua per cunctas vulgem præconia terras,
Non mihi concessû est, qui sum brevis arte, rudisque?

Sed numquid dare parva neget, cui grandia desunt?
Dum quis fortè Jovi non pinguem cædere possit.
Taurum, vel tenui contentus dicitur agnâ.
Nec fuit is spretus, qui, cùm nil grande teneret,
In manibus magno modicam Regi obtulit undam.
Scilicet illi etiam, qui in summa sede locati
Imperiis fulgent, de parvo munere gaudent.
Hæc mihi dant animos, ut, cùm Te oh summa Virago
Nil dignum inveniam, proferre exile quid ausim,
Quò Tibi me, quòcunque modò succincta facultas
Admittit, gratum pro multo munere præstem.

Nam quòd adhuc terris infelicissimus istis
Sustineor, nec sum Divi consumptus ab ira,

Hæc immensa tuis adscribo munera donis,
Pro quibus atque aliis quoniam Tibi reddere magna
Non (prouti cuperem) potui, folia hæc Tibi pauca,
Quæ faciliè & Zephyri leviores tollere possint,
Defero, & ante pedes demissâ mente repono.

Estque, meam cur hæc subeat fiducia mentem:
Nam non est rarum, quòd amœnum grandis in arvû
Regina egreditur, cujus latus undique summi
Vestibus in pictis, multoque nitentibus aurò
Magnates stipant: huic dum rudis incola ruris
Exiguos offert flores, non ruris honores
Tam grandis spernit Regina, sed ore serenò
Sumit, & olfactos inter cyanum, atque smaragdos,
Chrysolitosque locat, qui coram pectore fulgent.
Felices flores, qui de tam paupere dextra
Sic altè ascendunt, & regia pectora adornant!

Tu licet oh Virgo cælesti sede loceris,
Aligerique Tibi, celsique nitentia cæli
Lumina perlongò circum famulentur honore,
Ornataque mices, qualem non possidet orbis;
Attamen & flores, quamvis exilia dona,
Non spernis; quin ipsa petis Te hóc germine cingi.
En ego quos, oh Virgo Parens, hóc codice paucos
Collegi flores, flexò tibi poplite porgo.
Ah me felicem! Ah me terque, quaterque beatum!
Si grata extiterint isti Tibi munera flores.

Grataque sint, oro, quamvis meliora mereris,
Atque etiam in parvis devotam respice mentem.

Materies equidem vestrò est condigna paratu:
Sunt etenim ipsius Supremi sancta Tonantis
Verba; sed hi nostri, queis sunt collecta, labores
Sunt rude opus, tantæ Dominæ nec nomine digni.

Si

Si tamen est aliquid labor hic, tenuisque libellus,
Non mihi Te licuit meliorem, oh optima Virgo,
Quærere, cui illum deferrem, Tu mihi namque es,
Quam colo, cuius meum studium, cui consecro vires.

Ipse liber quoque sponte sua, quasi sensus inesset,
Te petit, atque Tua requiescere poscit in umbra.
Nimirum advertit, quod Te colit & suus author,
Teque in præsidium sumit, quæ certius ambos
Felici patrociniò defendere possis.

Quæ spes ne fallat, placidò illum suscipe vultu,
Authorique suo faveas, quem protege, & illi
A Nato scelerum veniam merearis, & axem,
Qui Tibi devotus remanebit cultor in ævum.

Ante tuum solium prostratus

Pulvis & Umbra.

Fr. Pius Füssi.

(a) S. Bonav. in Spec. B. V. c. 6. (b) Sic aliquando S. Pater noster Dominicus vidit Christum tria fulmina tenentem, quibus mundum pro peccatis abolere velle videbatur, nisi B. Virgo se interposuisset, duos viros, S. Dominicum, & S. Franciscum præsentans, qui mundum de criminibus converterent. Et S. Fulgentius l. 4. Mytholog. dicit: Cælum & terra jam pridem ruiissent, si non Maria precibus sustentasset. (c) Taliter olim Propheta Isaias conquerebatur c. 64. v. 7. nunc autem non est ratio conquerendi, ait S. Richard. l. 2. de laud. Virg. cum B. Virgo manum Dei tenere possit. (d) Moysis & Aaron diffidentia in percutienda petra, arcæ Dei contactus per Ozam factus, numeratio populi David jubente facta, à SS. PP. peccatò mortali leviora esse dicuntur, quæ tamen graviter punita sunt. (e) Hanc rationem vide in Festiv. P. Paoletti serm. 8. n. 13. Vide etiam P. Spanner tom. 2. tit. 6. S. 3. (f) S. Bern. Senen, de Nativ. B. V. M. & D. Bern. ser. 3. in vig. Nat. D. (g) S. Ign. M. (b) Cant. 2. v. 5.



PRÆFATIO AD LECTOREM.

Alcem me in messem alterius dices, bone Lector, immisisse, quod hoc studium sequor, atque Poësi me tribuo: nam qui cathedræ præponitur, æquum est, ut populos potius convertens ambiat esse Paulus, quàm quidam vanò Orpheus carmine adulans. Et verum est, aliud quid, quàm versus, mea poscunt munia; sed patere, ut postquam mea munera ritè explevi, atque gravi studiorum pondere fessum me feci, à Musis sumam solatia, & illa Scripturæ Sacræ tam longa volumina in unum Fasciculum metris constringam. Forsitan autem hoc studium vanum dices, quia tale quid antè vidisti? Fateor, jam plures ipse videbam hujus materiæ authores, quorum si ego scripta vidissem citius, studium, tempusque libenter impendissem aliis. Verùm serò nimium illos aspexi authores, dum scilicet hanc rudem opellam jam ferme absolvi. Interea placere mihi illi omnes: nec fuerat, quod non laudarem, in eisdem. Hinc librum hunc (ne operi, quod jam factum prius esset, rursus ego insudem, nevé ad magnum mare flumen

flumen apportem, sive ad *sylvas*, ut Horatius inquit, *ligna feram*) statui seponere; sed quia tantum deperdi studium dolui, reliquam quoque partem addendam duxi: nam quamvis illa placeant, hæc quoque me delectabant, prouti *sua quemque*, ut notum est, *delectant*: ac velut illa, ita & ista, ut prælum ac lucem videant, digna esse putavi. Cuncta tamen, quæ scripsi, aliorum subdo libenter iudiciis: nec me hoc offendet, quod mea menda expones; imò magnum obsequiū mihi fiet, si potero nōsse ex te, quæ emendare necesse est. Interea verò non dicas hæc eadem esse, quæ pridem jam scripserunt alii: quia quanquam materia est eadem, si rectè inspexeris, omnes diversam sequimur methodum. Siquidem ille solutò sermone, hic rythmò, versu unò tertius, alter carminibus quatuor præbemus singula Sacræ Scripturæ capita, ut sibi quisvis eligat illud ex multis, quod plùs arridet. Porrò quod istum exiguum librum concernit, te oro, ut eundem excusatum habeas, dum crebra licentia in illo occurret: quoniam multis Sacra Biblia abundant verbis, quæ planè metris accommoda non sunt. Hinc sæpè evenit, quod eam, quæ longa fuisset syllaba, corripui; & quæ debebat brevis esse, produxi. Imò aliquam modò produxi, & modò rursus corripui: ac nomen quoque declinabile sæpè non declinavi: detruncaviq̄ue frequenter verba, prout quæquæ metris fuerant magis apta. Et qui aliis cunctis major reputabitur error esse, est vox *Israël*, cujus mihi syllaba pri-

ma sæpè brevis facta est, ut & extremâ illius, atque incrementô etiam breviter sum sæpius usus, quod cum aliis pariter verbis compluribus actum est. Imò in fine etiam metri (quod recta Poësis rarò vult fieri) crebriùs polysyllaba verba accepi: atque ita præsens hic liber absona habebit valde multa; at si quædam immutata fuissent, vel si aptis phrasibus, vocumque nitore fuisset usus, legitimus Scripturæ sæpè deesset sensus, quem ut conservarem curam apposui omnem. Excuses igitur, quæ sunt inculta, & inepta: & quanquam metris desitor, id satis esse consule, quod talem tibi Fasciculum tribuo, in quo multos invenies flores, quibus & tibi profis, & reliquis lucra apportes non pauca. Deique promoveas cultum. Et si quid præsens tibi opella proderit, authoris memor esto, illique bene optes.

In hanc præfationem

EPIGRAMMÂ.

*Ad confusa sedens Orator pulpita, scribit
Omnia Rhetoricis verba soluta modis:
Et tùm doctarum tacitè subit una Sororum,
Vincit in occultes singula dicta pedes.*

AUTHOR



AUTHOR
AD LIBELLUM.

Quò properas incaute liber? cur ora, domumq;
Festinas chari deseruisse patris?

Sta magis, & maneas, moneo, ne nullibi tutus
Cogaris vel cras currere fortè domum.

Non etenim, mihi crede, foris tua res ita fauste
Currat, uti patris currit in æde tui.

Illi tu socius mensæ, sociusque viarum es:
Illius tu hæres nocte, dieque sinu.

Non aget hoc alius tecum; sed vix bene visum
Conspuet, è manibus rejicietque suis.

Inque loco abstruso positum, densoque sepultum
Pulvere te tineæ foediùs ora molent.

Quid memoro tineam? tineæ non ora nocebunt,
Momorum siquidem dente molere priùs.

Sub manu adhuc nostra fueras, tamen unus & alter,
Qui non erubuit te reprehendere, erat.

Nunc, ubi discedes, nec te defendere quibo,
Te certè probrò liberiore petent.

Ad multos venies, & vix reperire licebit,
A quo luminibus respiciare bonis.

Si Veneris iustus canerem, atque Cupidinis artes,
Si canerem, cecinit qualia Cynna procax:
Si mea lascivum sequeretur Musa Catullum,
Si vellem Gallum, Mæonidenque sequi:
Et si narrarem turpes, ut Calvus, amores,
Cum plausu credam carmina nostra legi.
At modò, dum sacrò refero pia quæque libellò,
Vix ego te cuidam posse placere putem.
Martem alius, victosque hostes auditque, legitque;
Nec vacat hoc illi tam rude volvere opus.
Alter opes numerat, corrasos atque thesauros:
Nec versus istos volvere tempus habet.
Gratior huic sonus est, si coram effuderis aurum,
Quam quæcunque illi pagina docta sonet.
Est quoque, qui dominæ plus, quam consortia Musæ,
Diligit, & cum illa ducere tempus amat.
Hunc frustra accedes, dominarum stringere namque;
Quam trivisse libros, plus amat ille manum.
Invenies alios in Palladis arte magistros,
Qui ferme in digitis Biblia tota tenent.
His quoque non venies: nec enim tam scribere doctis
Auderem, multò sum quibus arte minor.
Si tamen ire velis, bene te, moneo, antè parabis,
Ut, quæ in te jacent scommata, ferre queas.
Quid verò speras dicturos esse Poëtas,
Quando illis veniet carmen in ora meum?
Oh nimis egregium, dicent ridendo, Poëtam!
Cujus ferta caput stramine texta gerat.

Cur igitur pergis, si, dum tibi nomina quæris,
Pro fama, & claro nomine probra feres?
Dum tamen esuriens aliquis de Palladis æde
Cujusdam claustrum confidet ante fores:
Forſan ad hunc venies, ut, donec ſumpſerit offam,
Tecum aliquâ poſſit pellere parte famem?
Aſt etiam ille tibi dicet: tua carmina tolle:
Carne mihi pius, quàm carmine, gratus eris.
Fors hodie eſt epulum, *bibula*que hâc *bubula* fruſta
Involvam, dederit quæ mihi larga domus.
Chartaque, dum veniet September, ſerviet iſta
Pro ſclopo, tempus dum jaculando teram.
Ecce labor tantus, res tam deſpecta futurus!
Qui mihi tot noctes conſtitit, atque dies.
Aſt unum eſt, quod me ſoletur: ſcilicet illæ
Ferreo-Caſtrenſes, arva beata, plagæ.
Huc ſi adeas, cuncti gaudenter limina pendent,
Et denâ (ſi habeant) excipere manu.
Quin etiam tecum me optantes cernere, quærent,
An ſim vivus adhuc, adveniamque brevi.
Vivere me dices, ſed non tam ſydere fauſtô,
Quale mihi placitô fulſerat antè ſolô.
Et quamvis cupiam dilectos ruruſus Amicos
Cernere, fata mihi dura favere negant.
Sum tamen illorum memor: & quoniam ipſe venire
Non poſſum, pro me tu magè fauſtus abi.
Quò dum pervenies, à me loca grata ſaluta,
Proque amplo grates mille favore refer,

Non

Non dubites: quò te mitto, est tutissima Tellus,
Quà tibi non sedes faustior esse queat.

At pergens aliò, de nulla fido terra,
Ut te tam placidè sustinuisse velint.

Quippe etiam qui te cupierunt antè videre,
Jam modò contemnent, projicientque procul.

Et fortassis adhuc me vivò funera sumes:
Quid tum? sæpè obiit filius antè patrem.

Si tamen ipsum me citiùs continget obire,
Commendata habeas funera nostra tibi.

Atque sepulchrali dum marmore nostra tegetur
Tumba, in ea cædi talia verba dabis.

*Hac parvus modica vates requiescit in urna,
Qui paucis clausit Biblia magna metris.*

*Pinguia, dum venit, sperabant prandia vermes;
Ossa sed in parvo corpore parva fuit.*

*Patria, si quæris, fuit illi Pannonis ora:
Et civis Comora, Virginis urbis, erat.*

*Attamen & plures habitator viderat urbes,
Sumpsit ubi vite congrua dona sua.*

*Quas inter charam Divi specialiter a urbem
Martini coluit, contiguosq; locos.*

*Utq; fidem noscas, Calvinii in dogmate natus,
Romanum elegit dogma, fidemq; sequi.*

*Quæ rectè ut coleret, junxit se Fratribus illis,
Quorum fronte astrum b Duxq;, Paterq; gerit.*

*Hic claros toti Natos Pater addidit orbi,
Addidit & celsis pignora clara polis.*

*At tibi, qui hic transis, ne sit grave dicere saltem
Pauca hæc verba: Pii molliter ossa cubent.*

(a) Sabariam, in Comitatu Castri-Ferreri. (b) S. De-
minicus, qui cum stella in fronte depingi solet.



FACULTAS ORDINIS.

FR. Ludovicus Gerl Ordinis Prædicatorum
SS. Theologiæ Magister, & per Provin-
ciam Hungariæ Prior Provincialis.

UT Opusculum à R. P. Pio Füssi Con-
cionatore nostro Vacienti composi-
tum, cui titulus est: *Fasciculus Biblicus à
Musis nexus, seu Compendium Metrico-Bibli-
eum, &c.* & à Sacri Ordinis nostri Theologis
revisum & approbatum (servatis de jure
servandis) typis mandari valeat, lubens
concedo. Vacii die 21. Septembris Anno
1742.

(L.S.)





CENSURA ORDINIS.

Opusculum, cui titulus est: *Fasciculus Biblicus à Musis nexus, seu Compendium Metrico-Biblicum, &c.* à R. P. Pio Füssi compositum, perlegimus, in quo nihil aut bonis moribus, aut fidei orthodoxæ contrarium offendimus, imò multa, quæ in utilitatem legentium, & Sacras Scripturas amantium cedere possint. Quare typis donari, & publicam lucem aspicere dignum judicamus. Datum in Studio nostro Generali Viennæ ad S. Mariam Rotundam. Die 22. Decembris Annò 1736.

*Fr. Raymundus Limp Ord.
Præd. SS. Theologie Magi-
ster & Studiorum Regens.
mppr.*

*Fr. Thomas Grill Ord. Præd.
SS. Theologie Presenta-
tus & Baccalaur. mppr.*

EXTRACTUS PRIVILEGII CÆSAREI.

NOtet Lector Benevolus Sacrum nostrum Ordinem jam à sæculis Decretum habere Cæsareum, quò omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, & aliis quamcunque Librariam negotiationem exercentibus, seriò firmiterque inhibetur, ne quisquam Libros ullos à Fratribus Prædicatoribus hætenus editos, aut imposteorum edendos, vel eosdem in diversas linguas ab aliis translatos, aut in Compendium redactos, intra Sac. Rom. Imperii, Regnorumque, & Dominiorum Suæ Sacræ Cæsareæ Majestatis hæreditariorum fines simili, vel aliò characteris genere aut formâ, sivè in toto, sivè in parte excudere, vel recudere, vel aliò excudendos mittere, aut etiam impressos aut recusos adducere, vendere aut distrahere, clam seu palam, sub pœna confiscationis omnium Librorum, & aliis gravioribus pœnis, audeat vel præsumat, nisi à Provinciale nostro pro tempore existente desuper in scriptis facultatem habeat.

Additum est hoc præcauenda reimpressionis monumentum, tum ut secunda editio castigatiùs proditura ipsi auctori referretur, tum ut ejus indemnitati, cujus expensis hac prima editio prodit, consulatur.

PRÆLIMINARIA

De Sacræ Scripturæ Librorum distinctione,
Authoribus, autoritate, ejusdem Scripturæ sen-
su, Librorum ordine, citatione, hujusque
Libelli usu.

T A B U L A I.

Distinctio Librorum

S A C R Æ S C R I P T U R Æ.

Tota Biblia dividuntur in Testamentum Vetus, quod ad observantiam Legis inducit per timorem pœnarum, & in Testamentum Novum, quod ad observantiam Legis inducit per amorem virtutum.

Vetus Testamentum distinguitur in Libros *Legales*, *Historiales*, *Sapientiales* & *Prophetales*.

Legales dicuntur, in quibus Leges & judicia ore Dei promulgantur. Et sunt quinque Moysis, qui dicuntur:

Genesis. Exodus. Leviticus. Numeri. Deuteronomii.

Historiales vocantur, in quibus rerum gestarum Historiæ enarrantur. Qui sunt hi novemdecim:

Josue. Judicum. Ruth. Quatuor Regum. Uterque Paralipomenon. Quatuor Esdræ. Tobias. Judith. Esther. Job. Uterque Machabeorum.

Sapientiales appellantur, in quibus Prudentia & vera Sapientia edocetur. Qui sunt hi quinque:

Proverbia. Ecclesiastes. Cantica. Sapientia. Ecclesiasticus.

Prophetales nominantur in quibus ventura aut obscure, aut clarè prænuntiantur. Et sunt hi octodecim:

Psalterium. Isaias. Jeremias. Baruch. Ezechiel. Daniel. Osee. Joel. Amos. Abdias. Jonas. Michaas. Nabum. Habacuc. Sophonias. Aggeus. Zacharias. Malachias.

Novum

Distinctio Librorum S. Scripturae.

Novum Testamentum similiter dividitur in Libros *Legales, Historiales, Sapientiales, & Prophetales.*

Legales dicuntur, in quibus Lex nova à Christo tradita continetur. Et sunt numerò quatuor, secundùm quod quatuor sunt Evangelistæ, scilicet:

Mattheus, Marcus, Lucas, Joannes.

Historiales dicuntur, in res per Apostolos bene gestas commemorantur. Et istæ unò duntaxat librò continentur, qui vocatur

Actus Apostolorum.

Sapientiales dicuntur, in quibus Sapientia Novæ Legis per exempla, & præcepta beatè secundùm Christum videnti plenissimè traditur. Et sunt numerò 21. scilicet:

Epistola Pauli ad Romanos, Corinthios (duæ,) Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses (duæ,) Titum, Philemonem, Hebræos.

Epistola Jacobi, Petri (duæ,) Joannis (tres,) Judæ.

Prophetales dicuntur, in quibus futurus Ecclesiæ status prædicatur. Suntque unò volumine contenti, quod dicitur

Joannis Apocalypsis.

T A B U L A II.

Authores Librorum canonicorum

S A C R Æ S C R I P T U R Æ.

Suppositò (quod primò omnium Fide certum est) Spiritum Sanctum Authorem esse primarium omnium S. Scripturæ Librorum, hic solùm inquiritur, qui nam fuerint Spiritus Sancti calami & Scriptores. Quibus ita respondetur:

Pentateuchi Author est Moyses. Sic docent nedum omnes Græci, sed & Latini: imò ipsemet Christus, ut dicitur Joan. I. v. 17. *Lex per Moysen data est.* Et iterum ibidem v. 45. *Quem scripsit Moyses in Lege, & Propheta, invenimus JESUM filium Joseph à Nazareth.* Et iterum Joan. 5. v. 46. *Si crederetis Moysi, crederetis fortitan & mihi; de me enim ille scripsit.* Quæ tamen in fi-

ne Deuteronomi leguntur de morte *Moyſis*, addita ſunt vel à *Josue Moyſis* ſucceſſore, vel ab aliquo alio.

Liber Josue ab ipſo *Josue* ſcriptus colligitur ex ejuſdem Libri cap. 24. v. 25. & 26. Percuſſit ergo *Josue* in die illo ſadus, &c. Scripſit quoque hæc omnia verba in Volumine Legis Domini. Nonnulla in hoc Libro addita ſunt ab ejus Collectore, quæ poſt mortem *Josue* contigerunt. ut ſunt ea. quæ c. 13. de *Axa*, filia *Caleb*: & cap. 19. v. 47. de filiis *Dan* narrantur: ipſa denique mors *Josue* cap. 24. v. 29.

Liber Judicum à quo ſit ſcriptus, incertum eſt. Veriſimile eſt, quòd eum ſcripſerit *Eſdras*, vel aliquis *Propheta* poſterior: aut potiùs *Samuel*, qui eum ex antiquis Diariis & Annalibus (quæ quiſque *Judex*, aut alius, ejus tempore conſcribebat) dicitur collegiſſe, & in hunc Librum ſcribendo redegiffè. Ita *Theod.* hìc quæſt. 1.

Libri Ruth Author incertus eſt. Ab aliquibus fuiſſe cenſetur Rex *Ezechias*: ab aliis *Eſdras*: à pluribus autem *Samuelis*, idquæ veriſimilius videtur; tum quia *Samuel* hòc tempore vixit: tum quia ipſe conſcripſit *Librum 1. Regum*, ad quem hìc Liber dirigitur.

Librum 1. Regum ſcripſit *Samuel* uſque ad mortem ſuam cap. 25. quod certum eſt.

Liber II. Regum vocatur ab Hebræis etiam *Samuelis*. Mortem verò *Samuelis*, & geſta poſt eam uſque ad finem hujus Libri II. ſcripſit *David* (ait *S. Iſidorus* lib. 6. orig. cap. 2.) aut potiùs *Nathan* & *Gad Propheta*, qui *Davidis* erant Secretarii & Commentarii, ut ſcilicet ejus Acta per ſingulos dies, quaſi Diaria aut Chronica ſcriberent, ut diſertè dicitur 1. Paral. 29. v. 29. & 30.

Tertius & quartus Regum Libri ex antiquis Regum Diariis collecti ſunt partim ab *Iſaia*, partim à *Jeremia* partim ab *Eſdra*.

Liber uterque Paralipomenon adſcribitur communiter *Eſdra*.

Libri 1. Eſdra Author eſt ipſe *Eſdras*, ut certum eſt.

Libri II. Eſdra Author eſt *Nehemias*, ut patet ex utriuſque titulo, ac narrationis diſcurſu. Dicitur tamen *Liber Nebemia*, ſecundus *Eſdra*, partim quòd contineat ea

quæ simul ab *Esdra* & *Nebemia* gesta sunt; partim quòd olim apud Hebræos & Græcos *Nebemias* atque *Esdra*s unus tantum erat Liber.

Librum Tobia scripsit uterque *Tobias*. Quis verò ultimos duos versus ultimi Capituli scripserit, incertum est.

Liber Judith videtur esse conscriptus à *Joaçim* sive *Eliaebim* Pontifice, qui fuit cœvus *Judith*, imò ejus director, ut censent Hebræi, & ex eis *Sixtus Sennensis* lib. 8. hæresi 11. licèt nihil certi hæc de re affirmari possit.

Liber Esther colligitur scriptus à *Mardocheo* unà cum *Esther*, ex cap. 9. v. 20. Scripsit itaque *Mardocheus* omnia hæc, & litteris comprehensa misit ad *Judaos*. Et ibid. v. 29. Scripseruntque *Esther* Regina & *Mardocheus* *Judaos* etiam secundam *Epistolam*, &c.

Liber Job attribuitur ab aliquibus *Moyse*, qui post illum vixit: ab aliis autem uni ex *Prophetis*; veriùs tamen ipsimet *Job*, ut *S. Gregorius* Papa cap. 1. suæ præfationis in *Librum Job*.

Liber Psalmorum à *Davide* conscriptus est, quod certum est. Est tamen dubium, an scripserit omnes. Negant *Hilarius* & *Hieronymus* apud *Bellarminum*, Lib. de *Scriptor. Ecclesiast.* asserentes compositos esse ab iisdem *Authoribus*, qui in *Psalmorum* titulis prænotantur, ut sunt: *Myses*, *David*, *Salomon*, *Asaph*, *Cbore*, *Idithan*. Affirmat autem *Chrysoströmus*, *Augustinus*, & alii, quam sententiam ipse sequitur *Bellarminus*.

Libri Proverbiorum, *Ecclesiastæ*, & *Cantitorum*, sunt scripti à *Salomone*, quod certum est.

Librum Sapiëntia aliqui tribuunt *Philoni* *Judæo*; sed alii rectiùs *Salomoni*, qui cap. 9. v. 7. & 8. de se ad Deum sic loquitur: Tu elegisti me Regem *Populo tuo*, & dixisti me edificare templum in monte sancto tuo. Quæ verba non possunt intelligi nisi de *Salomone*.

Liber Ecclesiastici scriptus est à *Jesu* filio *Siraab*, ut ipse testatur cap. 50. v. 29. *Doctrinam Sapiëntia* & *disciplina* scripsit in codice isto *Jesus filius Siraab* *Jerosolymita*. Et hoc certum est.

Libri Prophetarum tam *Majorum*, quam *Minorum*, scripti sunt ab intitulatis *Authoribus*, quod etiam certum est.

Liber I. Machabaorum dicitur scriptus à *Joanne Hyrcano Pontifice*, filio *Simonis*, fratris *Juda Machabai*. Hic enim *Patri Simoni* in Principatum ac Pontificatum successit, & omnibus penè Patris ac Patruì gestis interfuit: unde ejus illustris fit mentio in fine hujus Libri Capite ultimò.

Libri II. Machabaorum Historiæ fusè quinque Libris conscriptæ sunt à *Jasone Cyrenao*: quos quinque Libros Historiarum in Epitomen contraxit, & Librum Secundum inde confecit Primarius quidam Sacerdos (qui dicitur *Judas Essenus*) idèque jussu Synagogæ. Quod clarè habetur cap. 2. v. 24. ubi Author hujus Libri sic dicit: *Itemque ab Jasone Cyrenao quinque Libris comprehensa, tentavimus Nos unò volumine breviare.*

Novi Testamenti Libri omnes sunt scripti à suis intitulatis Authoribus. Acta autem Apostolorum, quibus nomen Authoris præfixum non est, à *S. Luca Evangelista* scripta fuisse *S. Hieronymus* & Concilium Tridentinum testatur.

T A B U L A III.

Authoritas Librorum

SACRÆ SCRIPTURÆ.

Sacræ Scripturæ Libri sunt duplicis generis: *Protocanonici* scilicet, & *Deuterocanonici*.

Protocanonici, seu primi *Canonis* illi sunt, de quorum fide nulla unquam inter Catholicos disceptatio fuit, sed ab omnibus semper sunt habiti ut *S. Scripturæ* Libri ab ipso *Spiritu Sancto* dictati.

Deuterocanonici, sive secundi *Canonis* illi sunt, quorum authoritas (licet verè *Canonici* sint) fuit aliquando à Catholicis ventilata. Tales sunt in Veteri Lege octo, scilicet: *Tobias*, *Judith*, *Esther*, *Sapientia*, *Ecclesiasticus*, *Baruch*, uterque *Machabaorum*.

Et in Nova Lege septem sequentes: *Epistola S. Pauli ad Hebræos*, *Epistola S. Jacobi*, *Epistola secunda S. Petri*, *Epistola secunda & tertia S. Joannis*, *Epistola S. Juda*, *Apocalypsis S. Joannis*.

Cæteri omnes sunt *Protocanonici*.

TABULA IV.

Sensus

SACRÆ SCRIPTURÆ.

Duplex in genere est sensus Scripturæ: scilicet *Historicus*, seu *Literalis*, & *Mysticus*, seu *Spiritualis*. *Historicus*, seu *Literalis* est ille, qui proximè seu immediatè significatur per ipsa verba, seu propriè, seu metaphoricè, vel parabolicè sumpta. *Mysticus*, seu *Spiritualis* est, qui non significatur proximè per ipsa verba, sed per rem significatam ipsis verbis. Ita D. Thom. I. p. q. I. art. 10. ubi docet duplicem esse significationem in Scriptura Sacra, unam verborum, quæ pertinet ad sensum literalem; alteram rerum, quæ pertinet ad sensum mysticum. Nam & verba significant rem aliquam secundum literam; & res significata per verba iterum significat rem aliam secundum mysterium.

Uterque hic sensus insinuatur I. Cor. 10. I. ubi Apostolus ait: *Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt: & omnes in Moysen baptizati sunt: & omnes eandem escam spiritalem manducaverunt: & omnes eundem potum spiritalem biberunt.* In his enim, & sequentibus verbis latet duplex sensus. Unus literalis, qui proximè immediatè significatur per verba citata: filios videlicet Israel, quando ex Ægypto egressi sunt, transivisse mare rubrum, ambulasse sub nube, comedisse manna in deserto, bibisse aquam de petra. Alter mysticus, qui non significatur proximè per verba citata, sed per res significatas verbis citatis. Nam per exitum filiorum Israel ex Ægypto per Moysen significatur exitus noster ex servitute peccati per Christum. Et per mare rubrum significatur baptismus: per manna corpus Christi in Eucharistia: per aquam sanguis Christi: per petram Christus.

Cum autem sensus mysticus significet salutem spiritualem, & desumatur ex rebus per verba significatis, prout res significata assumitur tanquam signum alterius rei; in Sacra autem Scriptura res significata possit esse signum triplicis ordinis correlativè ad salutem spiritualem, nempe

pe fidei Ecclesiæ militantis, morum viatorum, & statûs Ecclesiæ triumphantis, ideo dictus sensus mysticus rationabiliter dividitur in *allegoricum*, qui correspondet fidei; *anagogicum*, qui correspondet spei; & *tropologicum*, seu moralem, qui correspondet charitati.

Allegoricus igitur sensus est, quando verba scripturæ, præter sensum literalem, quem habent, significant aliquid pertinens ad fidem, vel Ecclesiam militantem. Quò pactò Abraham, qui secundùm sensum literalem habuit duos filios, unum ex ancilla, & alterum ex libera, allegoricè significat Deum, & duos ejus Populos, unum Judæorum, ex Synagoga: alterum Christianorum, ex Ecclesia; hunc sub libertate gratiæ Christi: illum sub servitute legis Moysaicæ Gal. 4. 22.

Anagogicus est, quando verba scripturæ, præter sensum literalem, significant aliquid pertinens ad vitam æternam, vel Ecclesiam triumphantem, quam speramus: quò pactò illud Psal. 94. 11. *Quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam*; secundùm sensum literalem intelligitur de terra promissionis in Palæstina; Anagogicè autem de vita æterna, ubi est vera requies. Heb. 4. 3.

Moralis, seu *tropologicus* est, quando verba scripturæ præter sensum literalem significant aliquid pertinens ad instructionem morum, vel officia charitatis: quò pactò illud Deut. 25. 4. *Non alligabis os bovi trituranti*, secundùm literam intelligendum est de veris bobus; moraliter autem de Concionatoribus, qui non debent impediri, quò minùs petant sustentationem à populo, I. Cor. 9. 9.

Est ergo quadruplex scripturæ sensus. 1. *Literalis*. 2. *Allegoricus*. 3. *Anagogicus*. 4. *Moralis*. Qui omnes ostendi solent in hac voce *Jerusalem*. Hæc enim vox literaliter significat Urbem Palæstinæ, olim sedem Regum Judæorum; allegoricè significat Ecclesiam militantem; moraliter animam Justi; anagogicè Ecclesiam triumphantem. Et ut breviter habeas, sensus literalis seu historicus, sive

Historia docet factum.

Tropologia docet faciendum.

Allegoria docet credendum.

Anagogia docet appetendum.

Unde extant versus :

Littera gesta docet : Quid credas , Allegoria :

Moralis , quid agas : Quò tendas , Anagogia .

Porro juxta Regulam S. Augustini, verba S. Scripturae toties in sensu literalis accipienda sunt, quoties ex eorum proprietate nullus sensus absurdus sequitur. Et ex hoc patet verba Canticorum mysticè esse accipienda: unde absit, ut ibi in litera hæreas, ac virum & foeminam, (quam Pharaonis dicunt filiam) cogites; sed ad spirituales transfeas sensum, & Christum ac Ecclesiam, sive cujuslibet hominis justis animam intelligas. Quamvis igitur non quilibet locus S. Scripturae quatuor enumeratos sensus contineat, potest tamen contingere, quòd idem sensus literalis vel spiritualis sub eadem litera possit esse multiplex. Rationem prioris dicti dat S. Thom. quodl. 10. art. 15. his verbis: *Dicendum, quòd hi quatuor sensus S. Scripturae non attribuantur illi, ut in qualibet parte ejus sit istis quatuor sensibus exponenda; sed quandoque istis quatuor, quandoq; tribus, quandoq; duobus, quandoq; unò tantum. Ratio posterioris patet ex allato exemplo de voce Jerusalem.*

T A B U L A V.

Ordo Librorum & Numerus Capitum

SACRÆ SCRIPTURÆ.

Libri Veteris Testamenti.

Genesis. (habens Capita 50.)	Paralipomenon primus. (29.)
Exodus. (40.)	Secundus. (36.)
Leviticus. (27.)	Esdræ primus. (10.)
Numeri. (36.)	Secundus. (13.)
Deuteronomium. (34.)	{ Tertius. (9.) } Apoc.
Josue. (24.)	{ Quartus. (16.) }
Liber Judicum. (21.)	Tobias. (14.)
Ruth. (4.)	Judith. (16.)
Regum primus. (31.)	Esther. (16.)
Secundus. (24.)	Job. (42.)
Tertius. (22.)	Liber Psalmorum. (150.)
Quartus. (25.)	Proverbia Salomonis. (31.)

Ordo Librorum S. Scripturae.

Ecclesiastes. (12.)	Lucas. (24.)
Cantica Canticorum. (8.)	Joannes. (21.)
Liber Sapientiae. (19.)	Acta Apostolorum. (28.)
Ecclesiasticus. (51.)	Epistolæ B. Pauli Apostoli
Isaias. (66.)	ad Romanos. (16.)
Jeremias. (52.)	ad Corinthios prima. (16.)
Threni. (5.)	ad Corinth. secunda. (13.)
Baruch. (6.)	ad Galatas. (6.)
Ezechiel. (48.)	ad Ephesios. (6.)
Daniel. (14.)	ad Philipenses. (4.)
Osee. (14.)	ad Colossenses. (4.)
Joël. (3.)	ad Thessalonic. 1ma. (5.)
Amos (9.)	ad Thessalonic. 2da. (3.)
Abdias. (1.)	ad Timotheum prima. (6.)
Jonas. (4.)	ad Timoth. secunda. (4.)
Michæas. (7.)	ad Titum. (5.)
Nahum. (3.)	ad Philemonem. (1.)
Habacuc. (3.)	ad Hebræos. (13.)
Sophonias. (3.)	Jacobi Epistola. (5.)
Aggæus. (2.)	Petri Epistola prima. (5.)
Zacharias. (14.)	Petri Epistola secunda. (3.)
Malachias. (4.)	Joannis Epistola prima. (5.)
Machabæorum primus. (16.)	Joannis Epistola secunda. (1.)
Secundus. (15.)	Joannis Epistola tertia. (1.)
Matthæus. (28.)	Judæ Epistola. (1.)
Marcus. (16.)	Apocalypsis. (22.)

Hos Libros cum eorundem Ordine ut melius memoriã teneas, seruiet sequens

INDICULUS MEMORIALIS,
Omniũ Sacræ Scripturæ Librorum ordinem exhibens.

Cum Gen. eunt Exod, Lev, Num, Deuter, Josueque:
 Judic, Ruth, Regum, Paral, Esd, Tobis, ac Judith æquẽ.
 Est liber Esther, Job, Psal, Proverb, Ecclesiastis,
 Cant, Sapiensque tuis comes Ecclesiastice fastis.

Isa, Jerem, Baruch, Ezech, Daniel comitatur:
 Ose, Joël, Amos, Abdi, Jon postea fatur.

Michæas

Modus citandi Scripturam.

Michas, Nabumus, cum Habac, Sophon associavit:

Aggaum, Zachar, Malach, Machabæus amavit.

Matthæum, Marcum, Lucam, Joan, Acta sequuntur:

Dein Rom, Cor, Gal, Ephes, Philip, Col, Theſſ-que leguntur.

Tim, Titus, & Philemon, Hebræis jungitur ipsis:

Tum Jacob, & Petrus, Joan, ac Jud, & Apocalypſis.

Hic indiculus lectoribus Sacræ Scripturæ est admodum utilis: nam si quis eum tantum aliquammodo memoriae impreſſerit, facile quemvis librum inveniet: unde etiam carmina, quæ talem indicem exhibent, ita collocata sunt, ut, dum Testamentum Vetus à Novo, & Prophetæ ab aliis Libris discernuntur, tum ipsa memoriae facilius mandari, tum quivis liber expeditius quæri, ac inveniri possit.

T A B U L A VI.

Modus citandi Sacram Scripturam.

Cum in abbreviatis Sacræ Scripturæ Libris citandis interdum initiantes difficultatem sentiant, hinc eisdem complacere volens, hanc circa ejusmodi citationes tabellam subijcio.

Gen. enunciatur taliter: *Genesis v. gr. capite primò, vel dicendo solum Genesis primò, quod & de reliquis intelligendum veniet. Exod.* legitur *Exodi. Lev.* *Levitic. Num.* Numerorum. *Deut.* Deuteronomii. *Jos.* *Josue. Judic.* Judicium. *Ruth,* manet. *1. Reg.* legitur sic: *primi Regum* (intellige, libri) *tali capite: idem est de 2. 3. vel 4. Reg. Item de 1, vel 2. Par. sive Paral. de 1. vel 2. Esd. & de 1. vel 2. Mach.* dicendo *v. gr. primi Paralipomenon, primi Esdræ, primi Machabæorum hoc vel illò capite. Quòd si tamen citatio fiat sine capite, bene sic dicetur v. gr. ut dicitur primò, vel in primo Regum, Paralipomenon, Esdræ vel Machabæorum. Tob.* legitur *Tobiæ. Judith,* manet. *Esther,* manet. *Job.* *Jobi vel Job. Psal.* *Psalmod v. g. primò. Prov.* Proverbiorum. *Eccle.* *Ecclesiastæ. Solet siquidem Ecclesiastes per Eccle, Ecclesiasticus verò per Eccli significari; quod tamen multi confundunt, ut sæpè nescias,*

Eccle.

Ecclesiastemné, an Ecclesiasticum citent, nisi in capite citando numerum duodenarium excedant, tunc enim Ecclesiasticus intelligetur, cum hic 51. Ecclesiastes verò 12. capita habeat. *Cant.* pronunciatum sic: Canticorum, vel Cantici Canticorum. *Sap.* Sapientiae. *Ecclesi.* Ecclesiastici.

Isa. sic effertur: *Isaia* v. gr. primò. *Jer.* Jeremiae. *Thren.* Threnorum. *Baruch*, manet. *Ezech.* Ezechielis. *Dan.* Danielis. *Ose.* Osee. *Joël.* Joëlis. *Amos*, manet. *Abdi.* Abdiæ. *Jon.* Jonæ. *Mich.* Michææ, *Nab.* Nahum. *Hab.* Habacuc, *Soph.* Sophoniae. *Agg.* Aggæi. *Zach.* Zachariae. *Mal.* Malachiae. 1. vel 2. *Maeb.* 1mi, vel 2di Machabæorū.

Matt. lege: Matthæi v. gr. primò. *Marc.* Marci. *Luc.* Lucæ. *Joan.* Joannis. *Act.* Actuum, vel Actorum. *Rom.* ad Romanos quod idem est, ac, Epistolæ R. Pauli Ap. ad Romanos hōc vel illō capite. Nec dicitur, Romanorum, vel Corinthiorum, aut Philippensum, &c. hoc enim significaret Romanos, vel Corinthios, aut Philipenses, &c. scripsisse Epistolas, cum tamen Paulus illas scripserit. 1. vel 2. *Cor.* debet hōc modō legi: primæ, vel secundæ ad Corinthios (intellige, Pauli Epistolæ) idem est de 1. vel 2. *Thess.* & de 1. vel 2. *Tim.* dicitur enim primæ, vel secundæ ad Thessalonicenses, primæ, vel secundæ ad Timotheum tali vel tali capite. *Gal.* ad Galatas. *Ephes.* ad Ephesios. *Philip.* ad Philipenses. *Col.* ad Colossenses. *Tit.* ad Titum. *Philem.* ad Philemonem. *Heb.* ad Hebræos. *Jac.* Jacobi. 1. vel 2. *Pet.* primæ, vel secundæ Petri. 1. 2. vel 3. *Joan.* primæ, secundæ, vel tertiz Joannis. *Jud.* Judæ. *Apos.* Apocalypsis.

Pari etiam modō enuntiabitur, dum talis citatio venerit: juxta illud v. gr. *Gen.* 1. sic enim dicendum erit: juxta illud Genesis, Exodi, Levitici, &c. tali capite. In Psalmis tamen sic enunciare oportebit: juxta illud psalmō v. gr. primò. Differentia verò est, cur hoc in ablativo, alia autem in genitivo efferantur, quia in cæteris plura substantiva concurrunt, scilicet præter caput etiam nomen Authoris, vel libri, aut prophetiæ, evangelii, vel epistolæ; unde bene dicitur: talis Authoris, libri, vel prophetiæ, evangelii aut epistolæ primò vel secundò capite; psalmus verò ipse intelligitur, unde rectè enunciabis: jux-

juxta illud psalmô v. gr. primô, ac si dicas : juxta illud, quod dicitur psalmô primô. Variabitur autem, si nomine Psalmistæ uti velis, tunc enim dicere debebis : juxta illud Psalmistæ tali vel tali psalmô.

Poterit autem quis usi etiam aliis citandi modis: v. gr. ut habet Jeremias, vel Matthæus hœc aut istô capite. Aut: ut legitur in Genesi, vel in libro Genesis, vel in libris Regum, in Canticis, in Actibus Apostolorum, in Apocalypsi. Item: ut scriptum est per, vel apud Ezechielem, aut quœcumque aliô modô libuerit.

DE USU ET PRAXI HUIUS LIBELLI.

Non tadeat lectorem adhuc parumper subsistere, & ad sequentia, qua circa usum & praxim hujus libelli annotata sunt, advertere.

1. Carminibus similiter desinentibus hoc Compendium conscribere placuit: quia hæc mihi videbantur ad percipiendum, memorizæque imprimendum faciliora. Quippe cum hæc carmina æqualem exitum habentia quasi colligata sint, & unum aliud post se trahat, si illa bis vel ter perlegam, deinde lectô tantum primô carminæ, facile, quid subsequiturum sit, judicabo. Sic v. gr. dum Gen. c. 2. lego primum carmen, quod in voce, *quiescit*, terminatur, statim veniunt mihi in mentem verba illa: *virescit, graescit, crescit*, cum quibus & alia se memorizæ offerunt, nimirum paradisus virescens, Adam somnô gravatus, mulier ex Adami costa crescens. Ex quo alia quoque hujus cadentiz sequitur utilitas, quod scilicet, quæ semel memorizæ imprimuntur, etiam facilius & firmitus retinebuntur. Addi potest tertio, quod dicta cadentia juvet etiam ad promptius inveniendum ea, quæ sive in hoc Compendio, sive in Scriptura Sacra interdum quærenda obveniunt: v. gr. ex frequenti hujus Compendii lectione inhæret mihi illud Geneseos hemistichium: *Joseph pocula celat*: hæc historiâ citare, aut in Scriptura Sacra videre volens, facile inveniam, dum aspexero, ubi carmina taliter desinant, uti dictum hemistichium terminatur: quippe cum talia carmi-

carmina similiter desinentia quatuor simul sint, citò oculis se offerunt. Unde etiam libenter lectorem mihi indulturum spero, si sæpè in hoc libello carmina inveniet non ad placitum sonantia: non enim in tantum elegantia metricæ, quàm aliis utilitatibus studui. Interim tamen allaboravi, ut ubi potui, talia verba & carmina in componendo hoc opusculo adhiberem, quæ gustum legis-
tis provocarent.

2. Argumentum, quod singulis libris præfixi, nolui metricè reddere, cum viderem id sermone solutò convenientius & clariùs exhiberi. Est autem tale argumentum legenti admodum utile, ut in eo tanquam brevi synopsi totius libri tractatum videre possit. Contingit enim, quòd quis textum vel historiam Scripturæ per libros & capita quærit: in hoc autem poterunt argumenta librorum deservire. v. gr. quæro pugnam David cum Goliath, quam scio in libris Regum descriptam, & ex argumento libri primi discam, ubi illam sim reperturus.

3. Accessit autem huic Compendio tetrastico aliud *Compendiosum*, vel potiùs *Memoriale mnemonicum*, in quo super singulis capitibus singulæ voces exhibentur, nisi ubi carmè complendum plura verba requirebat. Dixi, potiùs *Memoriale*: nam illa unica vox, quæ caput indicat, totum unum caput (si tamen libros historiales excipere velis) exprimere minimè potest: quippe in pluribus nec quidem quatuor carmina ad hoc sufficiunt, adeo, ut ob capitum longitudinem, materiârumque diversitatem etiam in primo Compendio, licèt plura essent carmina, multa in marginem reponere necesse esset. Potest igitur esse quoddam Memoriale, in quo ex quolibet capite verbum aliquod assumptum cætera, quæ in eodem capite continentur, in memoriam revocet: revocabitque illi, qui in Scriptura Sacra, ejusque Compendio legendo frequens fuerit. Quod ut feliciùs succederet, voces illas ex hoc secundo Compendiolo, seu Memoriali, quibus singula capita indicantur, etiam in primo Compendio in fronte Summulæ penes numerum capitum cursivis literis apposui, & simul in ipsis carminibus verbalibus vocibus correspondentia etiam tali caractere expressi, ut facilè appareat, quid
pes

per tales voces ex singulis capitibus attingatur, v. gr. ex secundo Compendiolo vox illa, *Babel*, caput II. Genesis indicans, in primo quoque Compendio in fronte ejusdem capituli cursivis literis apponitur, & etiam in ipsis carminibus simili caractere exprimitur id, quod per tale verbum attingitur, nimirum: *struitur turris Babel*. Hinc fit, ut, dum primum Compendium jam frequenter legi, si dein in secundo Compendiolo dictam vocem, *Babel*, video, faciliè me reflectam ad illam turrim Babel ædificari inceptam, & ad alia, quæ in tali capite pertractantur, uti est confusio linguarum, dispersio populi in universas terras, profectio Abræ in terram Haran. Item dum in libro Ruth conspicio illam vocem, *uxor*, recordor, quòd Booz (qui genuit Obed, avum Davidis) Ruth, nurum Noëmi in uxorem duxerit, dum alter propinquior juri propinquitatis cederet: quodque possessionem Elimelech viri Noëmi, acceperit. Quod quidem in summula paulò obscuriùs expressum apparebit legenti; ubi propter vocem, *consors*, putabit Elimelech Ruth maritum fuisse; verùm referenda est non ad matrimonii, sed ad cognationis conjunctionem, seu *consortium*. Hoc cum aliis multis in secunda editione castigatiùs prodibit.

4. Psalmi in hoc secundo Compendiolo non continentur: si enim etiam psalmos, quorum alter alteri sæpè similis est, in hujusmodi compendium contrahere voluissem, pluries idem verbum repetere necesse fuisset, quod utique memoriam magis confunderet, quàm adjuvaret.

5. In hoc eodem Compendiolo supra verba, quæ singula capita significant, explicatiunculas quasdam apposui, quæ, quia sæpè defectu spatii nimium abbreviare oportuit, etiam difficilè intelligi possunt; intelligentur tamen, si ad primum Compendium recurratur. Sit exemplum vox illa, *Famulas*, quæ caput 30. Genesis indicat: huic voci talem videbis appositam explicationem: *dant R. & L.* quæ quidem obscura esse apparet, ejus tamen significationem intelliges ex primo Compendio in eodem Genesis libro, ubi summula 30. capituli refert, quòd *Rachel & Lia famulas suas dederint viro suo Jacob, cum ipse ætates essent*. Nec tædiosum tibi videri debet pro tali

expli.

explicatione intelligenda primò ad aliud Compendium recurrere: nam si id vel unâ aut alterâ vice feceris, vox illa cum sua explicatione jam satis nota evadet, ut imposterùm tali recursum non egeas.

6. Porro quoties in hoc Compendiolo novus liber incipit, toties quoque incipit noviter alphabetum, quod memoriam multùm adjuvat, facitque, ut etiam ordinem horum carminum facillimè percipiat. Cùm enim primum cujusvis libri caput per vocem ab *A* litera incipientem indicetur, facile erit me ad talem vocem, consequentes ad primum caput per talem vocem significatum reflectere sicuti reipsâ nunc me ad prima capita reflecto, quòd in Genesi *axem fecit DEUS*, in Exodo *aquis merfit Pharao masculos*, in Levitico *avium* offerendarum ritus describitur, in Numeris *apti bellis* ex filiis Israël numerantur, in Deuteronomio *agebat iter* populus in deserto, &c. Similiter facilis erit reflexio ad secundum cujuslibet libri carmen, cùm illud à *B* litera incipiat, ut in Genesi initium secundi carminis est, *Balnea diluvii*, &c. in Exodo: *Bini adeunt*, &c. in Levitico: *Buccam claudentis*, &c.

7. Deservit autem & hoc secundum Compendiolum, prouti de primo dictum est, ad promptè inveniendum ea, quæ in sacra scriptura quærentur, quod vel maximè clarum est de libro Genesis, in quo quia velut in parva tabella quasi unò intuitu omnes Genesis historias video, facile eas citare & quærerere poterò. Videns siquidem illam vocem, *proba*, cum numero superposito, qui est 22, statim intelligo in cap. 22. Genesis describi historiam illam, quæ refert Abrahamum de filio suo Isaac probatum, &c. Per hæc tamen nec minimum quid Concordantiis demptum esse velim: est enim liber ille, qui ex ordine nostro per Hugonem Cardinalem prodiit, pretiosissimus, mihi que, & aliis non tantùm ad omnes sacrae Scripturae textus, verùm etiam ad materiam amplissimam inveniendam aptissimus: sed tamen & iste libellus, licet longè inferior, sustinendus erit, cùm etiam aliquid conferre possit. Neque, quòd viri sapientiâ insignes Ecclesiam DEI doctissimis ingenii sui ornârunt monumentis, nos levi instructi ingenio à tenuioribus libris scribendis absterri debemus: decet enim
vel

vel maximè, ut in domo Domini omnes, quod possumus, laboremus. Hòc se quondam incitabat, animabatque Divus Hieronymus: quod nos, qui leviora scribimus, potiori jure usurpare possumus. *In tabernaculo DEI*, inquit ille, *unusquisque offert, quod potest, alii aurum, & lapides pretiosos. Nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos, &c.* Et quanquam contemnamur à multis, labor tamen noster suò non caret fructu: quia saltem otiandi evitamus occasionem.

8. Videbis verò ulteriùs in hoc Compendiolo, quòd nomina Librorum Sacræ Scripturæ cum ipsis carminibus connexa sint, v. gr. in hoc carmine GEN. *Axem fecit, paradisus, edunt, Abel, atas*, illa vox GEN. quæ nomen libri Genesis significat, est in ipso carmine: quod non sine causa factum est: meliùs siquidem mihi imprimere poterò libros cum suis capitibus, quàm si separatim posuissèm. Nec tamen in his addiscendis memoriam fatigare necesse erit: est enim libellus exiguus, ut facilè mecum deferre, & ad manum habere possim: ex eoque solo, quòd interdum ad distrabendum legere soleo, multa memoriæ inhærent.

9. Tandem explico praxim, quam ipse in hoc Compendio observo, quæ talis est: Caput aliquod ex Scriptura Sacra perlecturus, priùs ejusdem capituli summulam in primo compendio quatuor carminibus descriptam perlego, rursusque, postquam caput illud attentè pervolvi, ejusdem summulæ lectionem repeto, ut caput illud mihi bene imprimam. Ex qua lectione hanc habebò utilitatem, ut, dum deinde in altero Compendiolo mihi verbum illud occurrit, quòd tale caput significatur, totum idem caput in memoriam revocetur.

10. Unde dum de materia aliqua dicere cupio, sive sit concio, sive exhortatio, aut alius quiscunque sermo, vel etiam meditatio, arripio hoc secundum Compendiolum, & vel à principio, vel in medio, aut circa finem (ne scilicet semper sermones à Genesi exordiar) percurrere incipiens, conficio sylulam deis, quæ mihi circa propositam materiam incidunt ex verbis illis, quibus capita librorum indicantur, aut ex iis, quæ occasione ta-

lium verborum occurrere possunt, sicut & occurrent multa illi, qui Scripturæ S. lectioni diligenter incumbit: quippe illa unica hujus Compendioli vox non tantum id, quod per illam significatur, sed totum caput in memoriam revocat, & multos conceptus, ac cogitationes subministrat, cum & eorum, quæ aliàs legit, vel audivit, commonefaciat. Dum tamen in voce aliqua non statim aliquid occurrit, non oportet diu ibi hæere morosè, sed transeat ad alias voces, donec vox seu caput se offerat, unde aliquid erui possit. Quod sanè ei, qui libris destitutus est, multum proderit, ita, ut solius hujus Compendioli adminiculò (si tantum aliqualem Scripturæ Sacræ notitiam habuerit) brevi tempore pro longa dictione se parare valeat. Aut si habet unum vel alium authorem, qui tamen materiam illam, de qua dicturus est, non ad genium suum pertractent, erit illi hoc Compendiolum adjumento, ut hinc pro illis, quæ ibidem non placent, alia substituatur, aut etiam placitis, illisque, quæ circa talem materiam in suorum librorum indicibus, vel in Floribus, seu Exemplis Biblicis, aut in Polyantheis, alibivè invenerit, superaddat, materiamque suam dilatet.

Quodsi autem etiam exemplum super his desideras, in eo quoque tibi morem geram, & afferam aliquot conceptus ex ampla illa sylva, quam nuper ex hoc Compendiolo confeceram

DE MULIERUM CONVERSATIONE VITANDA.

(Gen. 3. *Edunt.*) Quàm sit viro periculosum cum muliere commorari, hucusque lugemus in protoparente nostro, qui nec in paradiso à peccato cum foemina immunis fuit. Erat Adam omni gratiâ, scientiâ, supernisque donis suffultus, & ad modum basis æneæ fortissimus; ad levem tamen mulieris affatum turpiter corrui, dum ejus suasu fructum prohibitum sumpsit, simulque se, & mundum perdidit universum. Non intulit periculum Adæ sanctitati serpentis astutia: nam hic eum non decepit, ut ait Apostolus I, Tim. 12. *Adam non est sedu-*

seductus; sed mulier, quæ viro fuit serpens venenosa. Fuge hanc serpentem, ut ab illius morsu te tutum red-
das.

(Gen. 39. *fugit.*) Quantâ mulierem debeas vitare indu-
striâ, exemplo tibi esse potest castissimus ille Joseph, qui
ex mulieris conspectu tanquam fulgur citò se proripuit,
adeo, ut etiam tempus sibi non sumeret recipiendi pal-
lium, quod illa apprehendit. Erat quidem Joseph tan-
tarum virium, ut pallium suum è manu mulieris eriperet;
sed timuit, ne, si cum fœmina luctaretur, manus com-
misceri contingeret, undè libidini occasio daretur. De-
inde vestem suam arbitratus est jam peste infectam, adeo-
que nec ultrâ attingendam: sicut tu projiceres vestem,
quam peste infectus tangeret, veritus, ne illâ tibi dam-
num, morsque inferatur. Quàm longè es tu oh perditæ
juvenis, à pudicitia Josephi! Ille enim etiam tactum in-
opinatum timuit, & tu osculari quoque mulierem, illius-
que amplexus admittere non erubescis, &c. Ille vestem
suam à muliere tactam jam tangere ampliùs noluit: &
te non pudet vestimenta à muliere portata induere, quod
noster Perazzo, utpote causam lasciviæ, sine peccato fie-
ri non posse docet in suo Thomistico Ecclesiaste Lit. C. 5.
49. additque ex Deut. 22. hoc esse abominabile coram Deo.

(Judic. 4. *Sisaramque.*) Quàm infelix erat Sisara, dum ad
tabernaculum Jahel properavit: quippe post modicum lac,
quod ei mulier exhibuit, ab eadem, dum dormiret, in
terram clavò confossus est. Dum festinat lascivus ado-
lescens, quinimò aliquando computrescens vetulus, can-
nusque capite, ad domum fœminæ vel puellæ (cujus af-
fectu intoxicatus est) ut inebrietur uberibus, Prov. 18.
quò properat, nisi ad infelix tabernaculum, ubi modicò
voluptatis lacte potus ex summo honoris fastigio in ter-
ram & vilem æstimationem dejicitur, imò in infernum
usque defigitur?

(Judic. 5. *Barac cantat.*) An ideo tam fidenter te in mu-
lierum immittis familiaritatem, quia vides etiam viros
probissimos & sanctissimos cum eisdem conversari? Id
quidem fieri & audimus & videmus; sed scimus etiam mul-
tos probos & sanctos viros per mulieres factos esse re-
probos

probos, quorum prior spiritualis affectus tandem in turpem degeneravit ardorem. Si autem loqueris de illis constantissimis viris, quos species mulierum seducere & pervertere non potuit, perpende, an & tu tali polleas virtute & constantiâ. Super hæc autem considera eorum conversandi modum, ut discas, quid facere tibi conveniat. Videbis enim quendam pium Barac cum devota Debora Deum laudantem, & pro triumpho ab hostibus reportato hymnum decantantem. Videbis S. Joannem Nep. cum muliere, sed in confessionali de negotio salutis tractantem. Videbis S. Benedictum in domo mulieris, sed sororis, ac sanctæ virginis, & cum comitatu fratrum: & tandem tempus totum non in cachinnis, saltu, lusu, nugis, &c. sed in colloquiis divinis transactum intelliges. Si & tu cum honestis, piis, ac devotis mulieribus (quales non dubito multas dari, quæ etiam viros in pudicitia & sanctitate superent) moderatè & sanctè conversareris, non in te adeo inveherer. Sed considera, cum quibus, & qualis tua sit conversatio: forsitan talis est, ut diabolus de te jam devicto triumphum cantet, sicut cantavit, dum quendam magni nominis virum tandem ad id impulit, ut ex affectu quodam mulierem in tergo percuteret. Quot igitur, de te habebit triumphos, qui ei & carni in pluribus turpiter obedisti?

(4. Reg. 25. *cincla.*) Lacrymosum quondam erat videre, dum post obsessam & captam Jerusalem illud pretiosissimum Salomonis templum incenderetur. Non minùs lacrymis dignum est, dum hucusque pulcherrima æterni Salomonis templa infelicibus comburuntur ignibus. Te intelligo vir Christiane, qui templum DEI es: *nescitis, quia templum DEI estis.* 1 Cor. 3. Tam turpes in te multoties excitantur flammæ, ut apud temet ipsum confundaris, & jam te in inferni ignibus esse arbitreris. Scisne, unde hæc in carne tua oriantur flammæ? Vide, ne intelliges & incendiarios conversatus sis. S. Vincentius Ferrerius mulieres vocat incendiarias, quæ in Ecclesia DEI periculosa excitant incendia. Non igitur mireris sæditimos carnis tuæ ardores: intrâsti enim ad incendiarias, & dum cum illis horas multas consumeres, ex earum occu-
lis

lis, gestibus, discursibus, vestibus, impudicè denudatis pectoribus, &c. turpes in domum cordis tui scintillæ profilierunt, quæ in tam vehementes excrefcunt flammæ, ut nec integer Oceanus eas extinguere valeat. Quid agis hominum incantissime? Nonne vigilas, ne incendiarii exteriori tuæ domui appropinquent, domum autem interiorem non curans, ipse has incendiarias accedis, & advocas, quæ te accendunt, ut ardeas, & pereas in æternum? Hinc vides, quàm sollicite mulierem vitare debeas, tantò scilicet majori studio, quanto te fragiliorem agnoscis, & vehementioribus sentis rapi desideriiis.

(Jof. 24. obivit.) Oh Christiane, qui putridæ & fœtidæ carni tantò studio deservis, & totum te cum tuis illis picis & lotis mulierculis occupas, utinam ex tot diebus ac noctibus, quas in earum obsequia, visitationes, adulationes, &c. impendis, vel unam diem, aut horulam unam ad id converteres, ut devotis precibus, meditationibus, templorum & Capellarum visitationibus, &c. felicem ex hac vita exitum à DEO efflagitares. Verùm adeo te detinent & occupant fœminæ, ut exitus & mortis tuæ penitus obliviscaris. Veniet tamen, & forsan brevi, hora illa, in qua mille mortis angustiis circumdatus, & à dæmonum turba vallatus ad DEUM pro auxilio clamabis. Vereor autem, ne tibi id, quod virginibus fatuis, respondeatur: *Nescio vos.* Matth. 25. Quid tu homo impudens favoris à me expectare audes? Totus tu mihi ignotus es: quippe & ego tibi ignotus eram. Noveras tamen bene mulieres multas, quarum servitiis, salutationibus, &c. dies tuos consecrasti: quarum causâ multa, quæ mihi præstanda erant, neglexisti, quarumvè domus Ecclesiis tibi gratiores fuerunt, & quas adeo honorasti, ut citiùs me, quàm illas, offendere auderes, &c. Veniant igitur, & opitulentur tibi, Deut. 32. Tunc dolebis, sed serò, quod tot horas pretiosas, quas cum mulieribus perdidisti, non potiùs rosariis legendis, piis libris evolvendis, sacris meditationibus, B. Virginis, ac Sanctorum cultui, &c. impendisti. Nunc igitur pœnitentiam age: & tui memor exitus, mulieres, tuasque scortationes, & impudicitias desere: tempusque utilius pro salute tua impende.

(Eccli. 9. cautè.) Cautè & prudenter agendum esse cum mulieribus sapienter monuit ille, qui per illas stultè & incautè periit, quia, quod alios docuit, ipse observare neglexit. Ne te igitur cum eodem perire contingat, quod monuit, observa, & cautior esse disc. Dum quis cum veste pretiosa in domum futoris ingrederetur, quàm cautus inter picem esset, ne vestem maculari contingat. Multò cautior te esse oportet in domo & consortio mulieris, ne vestis animæ tuæ longè pretiosior maculetur. Ille enim se à picis macula facile custodiet, & purus inde abibit; tu verò difficulter mundus recedes: saltem enim honor, nomenque tuum, etsi nihil mali fiat (prouti te excusare consuevisti) maculam inde reportabit. Utinam audires, quæ contra te dicuntur, & quot de tua fiant conversatione murmura, ut maturè honori tuo consuleres, & murmurandi tolles occasionem. Estò enim purus sis à crimine, nec te moveat facies, & contactus mulieris, adeo, ut, dum te illa amplectitur, dumque tu fœtidam illius carnem deoscularis, sanctissimas (scilicet) habeas cogitationes: estò, inquam, innocentissima sit tua conversa-

tio, dum tamen alii ex illa scandalizantur, teneris illam derelinquere: quippe non tantum peccatum; sed & speciem peccati vitare oportet. Hoc me movit, cur mulierum domos devitem, ad quas subinde quâdam Religiosæ Domûs nostræ necessitudine ductus declinabam, ut nimirum murmur illud, quod apud incautos aliquos inde ortum fuit, auferrem.

(Isa. 4. *unum.*) Tanta quondam erat virorum penuria, & in tanta erant fœminæ abundantia, ut septem mulieres virum unum apprehenderent. DEUS te liberet à septem mulieribus: unica enim tibi sufficiens molestia, crux, & damnatio erit. Aliter tamen hunc locum Encomiastes quidam intellexit, & pulchre Angelico nostro Doctori, Divo Thomæ Aquinati applicuit, qui septem mulieres, septem scilicet Artes liberales in mulierum forma depingi solitas apprehendit. Repelle cum hoc Angelico Præceptore impudicam mulierem, quæ te perdit: & apprehende scientias, quæ te exaltant, & per quas efficieris pater multorum filiorum in JESU Christo genitorum.

(Joan. 4. *Cum Samaritana.*) Narratur in Evangelio S. Joannis vehementer miratos fuisse Discipulos, dum de foro reduces Christum cum muliere loquentem invenissent. An hoc mirum esse oportet, Christum cum fœmina locutum fuisse? Adverte Salvatorem nostrum semper fuisse solitum declinare mulierum consortium, earumque sine arbitris affatum. Tam Sanctus mulierem declinat, & tu, qui tot inordinatis affectibus es subjectus, & cui pectus instar fornacis ardet concupiscentiâ, ad eam festinas, & cum ea longò tempore coludis, ac nugaris.

(2. Joan. 1. *Ad Electam.*) Optarem, talis tua esset cum mulieribus conversatio, talia verba, talesque literæ, quales erant S. Joannis Apostoli ad Electam, ut hæc omnia videre, legere, atque audire totus mundus possit: imò ita videat, legat, & audiat, ut omnibus in ædificationem, & exemplum, ac doctrinam sint. Scripsit S. Joannes huic fœminæ epistolam talem, ut non oportuerit clam & absconditè portari; sed hucusque palàm est omnibus, & in tota legitur Ecclesia. Videamus verba tua, literas tuas, & opera cum & apud illam tuam mulierculam, an hæc omnia talia sint, ex quibus videntes & audientes ædificentur; imò verò, ne tua videamus & audiamus scandala; aures & oculos claudamus.

Claudo & ego hos paucos conceptus, cum longè excurrere possem, nisi brevitatis operis abstereretur. Tanta quippe mihi occurrerunt, & adeo multorum aliquot ex hoc Compendiolo voces me antea lectorum & auditorum commonefecerunt, ut cogitationes, ne nimium excurrant, quasi in fræno retinere deberem. Id tibi quoque continget, dum aliquoties hõc libellò usus fueris: & multò plura ac meliora tu exinde conscribere poteris, quàm ego hic breviter, ac rudi calamò, atque sinè connexionè annotavi, cum tantum id ostendere vellem, quàm hoc Compendiolum sit fons fœcundus conceptuum.

Errata. In præf. aut. ad lib. Castri-Ferreri. l. Castri-Ferrei. Huic adde: Lev. 2. litamen. l. libamen. Prov. 27. contusus. l. confusus. Eccli. 11. coram rem jnd. perf. l. quod idem sine quæsito nec agamus. Jerem. 15. Ense, fame, gladioque. l. Ense, fame, morboque. Jerem. 43. quatiendum. l. quatiendam.



LIBER GENESIS.

Argumentum.

Genesis agit de mundi & omnium creaturarum exordio, primorum Parentum lapsu, Abel occisione, translatione Enoch: de diluvio, arca Noë, confusione lingua, Abrahae facta promissione, circumcissione item & obedientia ejusdem. Uti & de ira Dei in Sodomitas: item de Jacob benedictione à Patre, de Joseph venditione, carcere, & exaltatione. De descensu demum Jacob in Ægyptum, benedictione ipsius ad filios, morteq; ejusdem, & sepultura. Et habet Capita 50.

GEN.

Caput I. *Axem fecit.*

Dum (a) Polus, & tellus cum luce creata notantur, Mox (b) firmamentum, (c) ligna, & (d) sol conditantur:

Tum (e) pisces, volucres, (f) pecudes, (g) Adamque creantur:

Atque sub imperiis Adami cuncta locantur.

A

Ca-

(a) opus primæ diei. (b) opus secundæ diei. (c) cum herbis opus tertix diei. (d) cum luna & stellis opus quartæ diei. (e) opus quintæ diei. (f) cum reptilibus opus sextæ diei. (g) etiam sextæ diei creatura.

Caput 2. *Paradisus.*

Senâ luce Deus creat omne, (a) sequente quiescit,
 Atque ubi permultâ *Paradisus fronde virescit,*
 Huc hominem ponit, cui, somnô quando gravescit,
 Unam de costis rapit, ex qua fœmina crescit.

Caput 3. *Edunt.*

Dum mendax Evam serpentis decipit astus,
 Præceptumque Dei violat vehementia fastus,
 Spondetur Christus: luit ausus moxque nefastus:
 Et *pomi claudit Paradisum postea pastus.*

Caput 4. *Abel.*

Adamus primò Cainum, deinde creavit
Abelem, quem cum Cainus fraude necavit:
 Gignit hic Enochum, profugum dum pœna gravavit:
 Deque Adam rursus Seth, Enos de Sethque meavit.

Caput 5. *Ætas.* *

Hoc caput ætatem cum prolibus annotat (b) Ada:
 Deïn dantur gentes ad Noën usque creatæ,
 Quarum sunt proles, simul ætatesque notatæ:
 Raptus & in patriæ fuit Henoch tecta beatæ.

Caput 6. *Balnea diluvii.*

Crimina dum cæli contingunt penè cacumen,
Mittitur in mundum pœnæ lacrymabile flumen;
 Ast arcam Noë facit, allinit atque bitumen:
 Sic jubet, ut maneat animantùm semina, Numen

(a) cui etiam benedixit. (b) qui vixit annis 930. &
 eum Jared 32. annis superavit, cum hic vixisset an. 962
 omnes tamen superavit Mathusala, qui vixit an. 969.

Caput 7. *Ac intrant.*

Tum Deus : Ah perdam ! non gens tibi pessima
parcam ,

Quos tamen ille jubet , *Noë deducit in arcam :*

Mox ^(a) videas undam super alta cacumina largam ,
Quæ cum vulpe cygnum necat, & cum plebe monar-
cham.

Caput 8. *Egressio.*

^(b) Altera pergit avis post corvum , quando minuta

Unda fuit : *Noën de arca sunt cuncta secuta :*

Ara fit in laudem , cædunt & plurima bruta :

Divus ad hæc : Ab aquis posthac fit plebs mea tuta.

Caput 9. *Fædus.* *

Pro dape grex omnis datur absque cruore ^(c)
Noëmo :

Fit fædus , pœnæ quod cernet flumina nemo :

Fert maledicta , Patrem nudum , potumque racemò

Cham ridens : Japheto datur & benedictio Semò.

Caput 10. *Cum Nemrod.*

Hic cernes Noë proles , à queis rapidarum

Gentes divisæ sunt post discrimen aquarum ,

Inter quas unus Nemrod fuit , omnigenarum

Qui cupiendarum præcelluit arte ferarum.

Caput 11. *Babel.*

Dum *struitur turris Babel* quasi proxima cælo ,

Fit citò divinò linguæ confusio zelò :

A 2

Sem

^(a) 150. diebus. ^(b) Columba. ^(c) cui cum filiis Deus
benedicit.

Sem Genus, & Tharen, Abrami deinde revelo
Patrem, qui quòd Haran petit, hòc quoque pando
libellò.

Caput 12. *Ex patria.*

Abram de patria jussi faciendo tenorem
Cum Lot it, & sacra dat: propter famis atq; rigorem
Dum meat Ægyptum, Sarai rogat esse sororem;
Quam Pharaò demptam reddit, præstatq; favorem.

Caput 13. *Sejunctio.*

Exiit Ægyptò Lot & Abram, quos removebat
A se multus opum cumulus: Jordanis habebat
Lot loca; sed Chanaan fines Abram capiebat,
Ac ibi (a) promissum Deus ipsi mox repetebat.

Caput 14. *Captus.**

Reges quinque cadunt: (b) capitur Lot: Abram
que peritè
Pugnans, hunc revehit, laurique dat inde potitæ
Melch'sedeco decimas, à quo benedictio ritè
Dum datur, omne suum Regi reddit Sodomitæ.

Caput 15. *Dat promissum.*

Dum non sperat Abram, gnatum bonitas Deitatis
Spondet, & adscribit credentem justificatis:
Et sacra jussa facit pro dando semine gratis;
Ast audit vitam peregrinam Posteritatis.

Caput 16. *Agar.*

Abrae dat servam Sarai, quia gignere nescit:
Spernit Agar Dominam, dum venter prole tumescit;
Sed

(a) de multiplicando semine, & terra possidenda. (b)
à quatuor Regibus, qui etiam Sodomam expoliabant.

Sed fugit, hæc in eam quoniam feritate rigescit :
Ismaël ex Agar tum, dum (a) fit subdita, crescit.

Caput 17. Mutat.

*Sponsa Deus repetens dat Sara nomen, Abraq̄,
 Cui præcidendi dat iussum, ac prolibus æquæ :
 Spondet & Isâcum Saræ, & Ismaëli bona quæquæ :
 Abram præcidi facit agmina singula, seque.*

Caput 18. Ridet.

Tres habet Aligeros Abraham : proles memora-
 tur :

*Et Sara, dum ridet super hoc, mox increpitatur :
 Tum foedæ Divus Sodomæ dispendia fatur,
 Pro qua fidus Abram permultâ voce precatur.*

Caput 19. Sodoma.

*Aligeros Lot habet : clausos vallant Sodomitæ :
 Effugit is flammæ, Sponsæ & fit versio fidæ,
 Incestumque facit, dum decipit utraque vite
 Filia : & hinc surgunt genus Ammon ac Moabitæ.*

Caput 20. Aufert. *

*Dum peregrinatur circum Tellura Gerarræ
 Abram, (b) per Regem pulchra fit demptio Saræ ;
 Reddere sed monitus properat, donisque juvare,
 Pro quo sanando debebat Abram rogare.*

Caput 21. Expulsa est.

*Promissâ Saræ venter fit prole repletus :
 Mox parit, & rapitur præcisus ab ubere foetus :
 Ismaël & Mater pulsi dant flumina fletûs :
 Abimelech & Abram jurat durable foedus.*

(a) Angeli monitu. (b) Abimelech,

Caput 22. *Proba.*

*Abram de chara cædenda prole probatur ,
Quod tamen Angelicò monitu fecisse vetatur :
Pro tantaque fide promissio dum solidatur ,
Dein Abrahæ fratris Nachor series recitatur.*

Caput 23. *Flet.*

*Plùs Sara jam sæclò vivens à morte feritur ,
Tum facies Abrahæ lacrymarum rore linitur :
Dumque Ephronis agrò , dum speluncaque potitur
Duplice , defunctæ tandem corpus sepelitur.*

Caput 24. *Sponsalia.*

*Servus Abræ jurans Isaacò quærere velle
(a) Sponsam , Rebecca suadet Sponsalia belle ,
Quam , Patris & Fratrum cernens , placitumq; Puellæ ,
Aufert : deque Saræ sic cessant morte querelæ.*

Caput 25. *Vendidit.*

*Post (b) genitas Abraham proles ex orbe levatur :
Ismaël inde Ducum bis sex pater exanimatur :
Rebeccæ (c) geminos Isaac orando lucratur :
Esau tum vendens primogenitum memoratur.*

Caput 26. *Et lis.**

*Isac ut Geraram dape deficiente meabat ,
Audit (d) promissum ; sed pro (e) nupta strepitabat
Abimelech in eum : Pastorum lis : sociabat
Isac se Regi : sponsas Esau cumulabat.*

*(a) pro qua in Mesopotamiam pergit : & petit signum à
Deo. (b) ex Cetura uxore. (c) Esau & Jacob. (d) de terræ
possessione & seminis benedictione. (e) quam, scil. Rebec-
sam, sororem dixerat.*

Caput 27. *Fert pultem.*

Dum *pulsem* Jacob coquit ex dictamine matris,
Mox illi præter mentem benedictio patris
Obtingit, tenebris quia visus nigricat atris:
Hinc suadet genitrix à vultu (a) currere fratris.

Caput 28. *Et scalam.*

It Jacob in Syriam benedictus, nocteque serâ
Dum *cernit scalam longam* per somnia vera,
Lactea spondetur multo cum Semine Terra:
Et vovet evigilans, oleumque piâ dat acerrâ.

Caput 29. *Servit.*

Servus pro Rachel per septem tempora factus
Jacob, habet Liam, cursus fit quando peractus:
Pro Rachel est rursus totidem servire coactus,
Quâ sterili quatuor de Lia est pignora nactus.

Caput 30. *Famulasque.*

Utraque dum *famulam* tradit conjunx Jacobina,
Lia, Rachelq;, parit mox utraque pignora bina:
Ter Lia gignit: & est Joseph proles Rachelina:
Cum Laban pactus Jacob lucra cernit ovina.

Caput 31. *Fefellit.* *

Jacob abit monitus rebus, gregibusque gregatis,
Et Laban sequitur, quem *secum callida latis*
Decipit idolis residens in filia stratis:
Qui furit, & rediens post pacta dat oscula Natis.

A 4

Ca-

(a) ad Laban.

Caput 32. *Gestaque lucta.*

Aligeros cernit Jacob, cui munera curæ
 Ad fratrem, mortis ne sumat spicula duræ:
Cumq; (a) Viro miscet Jabocinô praelia rure:
 Tum tactô nomen datur & benedictio crure.

Caput 33. *Dabat donum.*

Esaû mente bonâ fratrem Jacob excipiebat,
Muneribusq; datis hic eum præiisse monebat:
 Et prius in Socoth, deîn in Salem veniebat,
 Hicvé Tabernaculum figens altare struebat.

Caput 34. *Dina.*

A Duce fit Sichem Dina violentia raptæ,
 Et se præcidit Sichemæus quisque suaptè:
 Tum (b) cædunt ægros: fit & urbis cæsis captæ;
 Sed Jacob arguerat, quod id haud factum fuit aptè.

Caput 35. *Ruben.*

Defodit statuas Jacob: tum sacrificatur
 In Bethel: apparet Deus: & simul exanimatur
 Debora cum (c) Rachel: *Bala per Ruben violatur:*
 Jacobi soboles numerantur: Isac tumulatur.

Caput 36. *Abundant.**

Hoc Jacob ac Esau Natis, opibusq; potentes
 Sejungit, quòd non sunt sat Telluris habentes:
 Deîn Esau præter cernes habitacula gentes,
 Et quòd pastor aquas invenerit Ana calentes.

Ca-

(a) quem Osee c. 12. v. 2. Angelum appellat. (b) Si-
 meon & Levi Dinae fratres, (c) dum pareret Benjamin.

Caput 37. *Hic defert.*

Joseph accusans fratres ob criminis actus,
 Et sua visa loquens odiô fuit undique tactus :
 Injicitur puteo, sed venditur inde retractus :
 Flet pater; is tamen est servus, Putiphar, tibi factus.

Caput 38. *Tbamar.*

(a) Tres Gnatos uxor Chananæa Judæ generavit:
 Et se cum Thamar prior ac alter sociavit :
Hisq; Judas sanctis scortum Thamar esse putavit,
 Cum qua dum cubuit, Phares, Zaramque creavit.

Caput 39. *Fugit.*

Putiphari Joseph charus bene cuncta faceffit,
Qui simul à Domina dormire vocante recessit ;
 Ast Putiphar falsè delatum carcere pressit,
 Charus ubi circa vinctos data munia gessit.

Caput 40. *Suspensio.*

Eunuchis ut agit Joseph in carcere Vatem,
 Ex visis veterem Pincernæ prosperitatem,
Pistoriq; crucis prænunciat asperitatem;
 Ille tamen salvus nullam fecit pietatem.

Caput 41. *Prorex.**

(b) Somnia per Joseph possunt Pharaonica pandi,
Qui factus Prorex sponsat de (c) stemmate grandi :
 Bisque parit consors septenô fructificandi
 Tempore, dein adsunt anni septem lacrymandi.

A 5

Ca-

(a) Her, Onan, (qui semen in terram fudit) & Sela.
 (b) de bobus & spicis, (c) Pharaonis, qui ei dat filiam suam
 Aseneth.

Caput 42. *Includit.*

Ægyptum fratres pro fruge jubentur abire :
Agnoscentisq; Joseph, in carceris antra venire
 Cogit : tum Simeon reliquis abeuntibus (a) iræ
 Fert onus : in faccis est visa pecunia mirè.

Caput 43. *Prandet.*

Dum rogitant Fratres, dat secum ducere gratum
 Benjamin ad Joseph Jacob : dedit & duplicatum
 Cum dono pretium : Simeonem postq; levatum
 De vinclis epulum sumunt cum Fratre paratum.

Caput 44. *Calicem.*

Benjaminij faccò dum Joseph pocula celat,
 Præcipit, ut servus Fratres iteratò repellat :
 Et damnat furti : causam patris ergo revelat
 Judas, se servum pro Benjamin & dare zelat.

Caput 45. *Se prodit.*

Joseph se prodit : dans fratribus oscula plorat :
 Jacobum (b) Pharaò gaudensq; venire perorat,
 Pro quo dum Joseph solertiùs ipse laborat,
 Fratres ad patrem missos per munus honorat.

Caput 46. *Adibat.**

It Jacob Ægyptum, fit ut amplæ (c) Sponsio terræ,
 Cum quo collectæ pariter gentes abière :
 Occurritq; Joseph illis, cœpitq; monere,
 Ut dicant sese pastorum munus habere.

(a) à Joseph simulatæ. (b) cum tota domo. (c) à Deo
 proposita. Ca-

Caput 47. *Liber Presbyter.*

Introit ad Regem Jacob, in Gessenque recedit:
 Inque (a) fame tunc quis, dum Joseph tradit, edit:
 Quinta que pars Regi fructus in sæcula cedit:
Nil dat Mysta: Jacob Nato sua funera credit.

Caput 48. *Antetulit.*

Fert (b) geminos Joseph ad patrem febre gravatum,
 Ac utrumque sibi benedicit hic appropriatum:
 Et *præfert juvenem* (licet invitò patre) *Gnatum:*
 Josephumque supra reliquos reddit (c) cumulatum.

Caput 49. *Benedixit.*

Dum Jacob *Gnatis benedicit ritè vocatis,*
 Quosdam de rebus castigat turpè patratis:
 Dat de venturis etiam præsgia fatis:
 Et tandem tumulis obdormit significatis.

Caput 50. *Humavit.**

Joseph cum (d) Senibus, genitoris ut ossa tegantur,
Commigrat in Chanaan, à quo solatia dantur,
 Ob scelus ut fratres metuunt, veniamque precantur:
 Dein obit, in Chanaan, dum mandat, ut ossa ferantur.

(a) in qua pecora & terram vendiderunt. (b) Manassen & Ephraim. (c) unâ parte. (d) Ægypti.



LIBER EXODI.

Argumentum.

EXodus de Pharaonis crudelitate, & Moyses nativitate, ac decem plagis Ægypti: de exitu filiorum Israël ex Ægypto, eorúmque per mare rubrum transitu, ac submersis in eo Ægyptiis: de aquis amaris in dulcedinem versis, & manna de cælo dato: de decem præceptis ac Judiciis, & instructione populi Dei: de positione item Arca fæderis, Tabernaculi & Altaris, ac de vestibus Aaronis, & vitulo conflatili, Moysesq; pro peccato populi precibus & jejunio differit. Et habet Capita 40.

EXOD.

Caput. I. *Aquis mergit.*

It Jacob Ægyptum, quem (ceum notat hocce volumen)

Vult minui Pharaon per grande laboris acumen:
Mas pereat cultrò, jubet, aut per flebile flumen;
 Nec facit obstetrices metuens venerabile Numen.

Caput 2. *Natitavit.*

Regali Natæ Moyses de flumine tractus
 Est Gnatus (mater quem nutritiva sua) factus:
 Obque metum cæsi Madian fugisse coactus,
 Ac nuptam ducens fuerat duo pignora nactus.

Caput 3. *Mittitur.*

Fortè Jethro focerì Moyses tenet agmina Mystæ,
Deque rubo fatur Deus: Hæc loca sunt sacra, siste.
Ac ceu Salvator vadens, solabere triste
Agmen, & Ægyptum spolies, ac restitit iste.

Caput 4. *Ivit.**

Pergit in Ægyptum Moyses, signum cui trinum
Dat Deus: & fœtum scindit conjunx uterinum:
Obvius exhilarat Moysen Aâron inopinum,
Atque simul properè veniunt genus ad Jacobinum.

Caput 5. *Bini adeunt.*

Dum *jussum Divi Moyses, Aâronq;* profantur
Regi, spernuntur; populiq; magis cruciantur:
Ad lateres etiam paleæ jam quippe negantur:
Et Moyses orat, populi dum vociferantur.

Caput 6. *Solans.*

Anxia per Moysen solamine turba fovetur
Numinis, & quod sit Chanaan habitura, monetur:
Postea quæis Ruben, Simeon, Leviq; beetur
Prolibus, ad Moysen & ad Aâron usque docetur.

Caput 7. *Fit Serpens.*

Numinis exponunt Moyses, Aâronq; furorem:
Virgam serpentem faciunt, undamq; cruorem:
Dum per Circæum coram Pharaone laborem
Tale Magi faciunt, auget magis ille rigorem.

Caput 8. *Ranaq;.*

Plaga parùm flexo Regi datur altera rana,
Quæ si tollatur, vult ad sacra mittere fana:

Nec facit : hinc sciniphes , deïn angit musca vesana :
Spondet rursus ; at est omnis promissio vana.

Caput 9. *Pestis.* *

Quintò pestis adest pecorum , sextoque gravamen
Ulceris : & post hoc dum venit grando , juvamen
Israël Axis habet : Rex spondet deïnde levamen ;
Nec dat , divinum cùm demeret hæc mala Flamen.

Caput 10. *Caligo.*

Octavò bruchi calidò sunt flamine vecti ,
Queis demptis non vult , ut mittat Pharao , flecti :
Ire jubet , *nonò datur ut caligine plecti* ;
Sed negat , & Moysen pellit de limine tecti.

Caput 11. *Et gazis.*

Primonatorum decimò se mittere fatum
Prædicat Divus : jussum fuit inde notatum ,
Ut *rapiant gazas* ; sed Regem jam solidatum
In vitio nequeunt miracula flectere vatum.

Caput 12. *Ex Ægypto.*

Hic Agnus Paschæ stat , & (a) unctio : dumque
necavit

Aliger Ægypti primò generata , meavit
Israël Ægyptò : tum (b) Phase , diesque notavit
Hoc caput , Ægyptò queis gens Israël habitavit.

Caput 13. *Atque Columna.* *

Ducta quòd Ægyptò plebs est , meminisse jubetur
Ut cum Phase DEO res primò nata sacretur :
Mox

(a) superliminarium Agni sanguine facienda , (b) quòd
ritu faciendum ; ubi etiam esus azymorum notatur.

Mox in desertum cum Joseph osse movetur,
Ac dux ignis ei, nubésque fuisse docetur.

Caput 14. *Divisit Pontum.*

Israëlem Pharao, numerosaqué turba sequuntur,
Dumque levat virgam Moyfes, *unde dirimuntur* :
Et post Israëlem fidenter dum gradiuntur
Plebs simul ac Pharao, mox omnes amne teguntur.

Caput 15. *Dulcescit.*

Israël ut cecinit grates per carmina rara,
Sur petit à Ponto discedens, indeque Mara,
Cujus dum lignum vada dulcoravit amara,
Dein Elim petitur palmis & flumine clara.

Caput 16. *Manna.*

In Sin dum fundunt pro dando murmura pane,
Ecce coturnices mittuntur vespere sanæ,
Mannaq; per castrum fuit undique cernere manè :
Et datur in signum condendi jussio mannae.

Caput 17. *Bibebant.* *

In Raphidim clamant populi pro flumine dando,
Quod mox dat Moyfes virgâ petram reserando :
Et vincit Josue, Gentes Amalec trucidando;
Dum Moyfes orat palmas in monte levando.

Caput 18. *Et Primates.*

Jethro suam Moyfi nuptam, natosque ferebat,
Auditisque Dei factis gaudens cor habebat,
A quo consilium dum Moyfes accipiebat,
Judicii populo Primates constituerebat.

Caput 19. *Ascenditque.*

In Sina venerunt, favor acceptusque notatur,
 Plebs, *Moyſes montem dum ſcandit*, ſanctificatur,
 Ut Deus in tonitru (cùm ſic fieri jubeatur)
 Descendens, coram cunctis cum Moyſe loquatur.

Caput 20. *Decalogus.*

Decalogus Moyſi datur, ut plebi quoque pandat,
 Illa timet, dum mons fumat, dum buccina cantat:
 Aram de terra Deus, aut de marmore mandat
 Infecto, quam non quisquam gradibus finè ſcandat.

Caput 21. *Et bos.**

Quæ ſuper emptitiis ſit lex, quæ pœnaque detur,
 Si furtum fiat, vel homo, genitorque necetur:
 Si maledicatur patri, ſi rixa creetur:
 Dens pro dente datur: *quid, ſi bos ſævus habetur.*

Caput 22. *Furti.*

Hic furti, damni, tum rerum depositarum,
Ac ſtupri leges ſunt, & cultûs ſtatuarum:
 Pœna pupillorum preſſoris, vel viduarum:
 Leges (a) uſuræ, decimarum, & primitiarum,

Caput 23. *Judicis.*

Judicis hïc lex eſt: inimici bos teneatur:
 Munera ſperne: (b) ter eſt feſtum: ſenisque ſeratur
 Annis: ſeptima ſit ſacra lux: Deus & dare fatur
 Munus, & (c) Aligerum, ſi juſſum quiſque ſequatur.

(a) mutui item, & pignoris. (b) in anno. (c) in
 duccem itineris præmittendum.

Caput 24. *Ac respersit.*

Sacrificat Divo Moyses, *populumq; cruore*
Tingit : & ascendit montem turbâ seniore
 Stante per ima jugi : magnô cinctusque nitore
 Divinô fruitur quadraginta lucibus ore.

Caput 25. *Munera.*

Plebs cum primitiis donaria ferre jubetur,
 Linea pro Divo quibus ædes ædificetur :
 Arcaque cum mensa, candelabrumque paretur :
 Et fieri pariter res cætera ritè monetur.

Caput 26. *Forma.**

Dive Tabernaculi formam dans edificandi,
 Das velum, cistam, mensam, loca propitiandi,
 Candelabra strui, dein & tentoria pandi :
 Jussaque das juxta mensuram cuncta parandi.

Caput 27. *Gnaviter aram aptent.*

Ara struenda datur, quæ dum velabitur ære,
 Atria tum fient; tentoria porrò rubere,
 Argentoque basis debebit, & ære nitere :
 Juge dein oleum lampas mandatur habere.

Caput 28. *Toga.*

Aaroni, Natisque suis toga pontificalis
 Sit Rationalis, pariter super-ac. humaralis :
 Linea post tunicam cidaris : sit cætera talis :
 Balthea cum mytra, post lamina, tum feminalis.

Caput 29. *Consecratio.*

Que facienda sacris sit consecratio Mystis,
 Pro quibus arjetibus, oleo, vitulis & aristis

Libent : & cunctis quis vesci debeat istis :
Agnis vescantur deïn vespere , maneque pistis.

Caput 30. Nummi.*

Hic datur ara strui, per qua thyma sunt adolenda :
Quæve Tabernaculi sit in usum summa petenda :
(a) Labrum , deïn oleum , succusque thymi faciendæ
Dantur cum cunctis , quæquæ sunt huc referenda.

Caput 31. Hic Tabulæ dantur.

Utq; Tabernaculum, memorataq; cuncta struantur,
Oliab & Beselêl pollentes arte vocantur :
Sabbata persanctè , Numen demandat , agantur :
Et *Moysi tabulæ geminæ postea dantur.*

Caput 32. Fregit.

Israël hic vitulum recolit , Moysesque precatur
Divum : *franguntur tabulæ* , vitulusque crematur :
Corripit Aâronem Moyses , per quem trucidatur
Idoli cultor , reliquis veniamque lucratur.

Caput 33. Placatusque.

Per Moysen Divus placatur multa minatus :
Obque scelus factum populus fuerat lacrymatus :
Ad faciem Moyses deïn est cum Numine fatus ;
Sed favor , ut vultum videat , fuit iste negatus.

Caput 34. Refecit.*

Sunt factæ tabulæ : (b) Gentes Divus prohibebat :
Sabbata cum primò genitis , reliquisque jubebat
Azyma cum festis : (c) Moyses de monte ferebat
Cornua , qui faciem , dum fecit verba , tegebat.

(a) æneum. (b) scil. earum societatem & idololatriam.
(c) post 40. dierum jejunium.

Caput 35. *Jussit dona.*

Sabbata mandantur sacra: *primitiæq;* rogantur
 Cum donis, ut, quæ supra sunt dicta, struantur:
 Qui deû artifices à summo Numine dantur,
 Oliab & Beselèl laudati commemorantur.

Caput 36. *Dabant.*

Dum jam plura daret populus, quàm dona petuntur,
 Arte Tabernaculi partes sapiente struuntur:
 Cortinæ, tabulæ, saga, tecturæque sequuntur:
 Tum vestes, velum, tentoria conficiuntur.

Caput 37. *Cherub.*

Post aram Beselèl oraclum format honorum,
 Post Cherubim mensam, candelabrumque decorum,
 Et cum lampadibus redolens altare thymorum,
 Unguentum pro quo demum componit odorem.

Caput 38. *Labra.*

De Setim lignis holocaustorum fabricatur
 Ara: dein^{q;} (a) labrum: mox porticus ædificatur:
 Ordine tum longò munus quodcunque notatur,
 Quod per diversos devotâ mente dabatur.

Caput 39. *Finit.*

Dum de vermiculo fiunt, byssoque rubenti
 Vestes, quæis opus est Mystæ sacrum facienti,
 Et finitur opus totum fulgore decenti,
 Tunc à Moysè datur toti benedictio genti.

Caput 40. *Et lux.* *

Mense Tabernaculum primò, primaq; parandum
Mandat luce Tonans, & eâdem sanctificandum :
Idq; replet lumen Moyfi jam vix tolerandum :
Statq; foris nubes, nisi dum datur esse meandum.

LIBER LEVITICUS.

Argumentum.

Leviticus tractat de sacrificiis & hostiis
offerendis : de vestibus Aaron, & de vindicta
Dei in duos ejus filios : de animalibus mundis &
immundis, & discretionem ac purgationem leprae. Agitur
item de ordine & ministerio Levitarum, ac multi-
plici caeremonia : de festorum celebratione, anni Ju-
bilaei observatione, & prosperitate futura eorum,
qui mandata Dei servaverint, & misera calamitates
ea negligentium. Et habet Capita 27.

LEVI.

Caput 1. *Avium.*

Quòd si nôsse velis priscae libamina gentis,
Huc oculos flectas, huc lumina conjice mentis :
Hinc constant ritus, armenta, pecusque ferentis
Aut de pennatis gregibus sacrum facientis.

Caput 2. *Simile.*

Hinc libandarum discas ritum similarum,
Et thuris, panum, lagani, tum primitiarum :
Sa

Sal addas, si vis litamen reddere charum ;
Addere sed caveas mel, fermentum vel amarum.

Caput 3. *Tum pacificumque.*

Hostia quò pactò libetur pacificorum,
Scilicet ex agno, bobus, gregibusque caprorum;
Sanguis & omnis adeps Rectoris sunt Polorum,
Ipse velut cunctis verat usum Divus eorum.

Caput 4. *Ducumque.* *

Hoc ex præsentì charta tibi notificatur,
Hostia quò ritu pro peccato peragatur,
Mystra quod ignorans, aut quisquam Dux operatur,
Sive quod à populo scelus ignorante patratur.

Caput 5. *Buccam claudentis.*

Hostia quomodò sit scelerum libanda, docetur:
Si quis vera tegat: non mundum si toleretur:
Si quisquam juret, per abusum vel violetur
Res sacra: si quisquam scelus ignorans operetur.

Caput 6. *Delinquentisq; scienter.* *

Victima que detur, si scitè lex violatur:
Lex holocaustorum, jugis tum flamma notatur:
Quæ sacra, donaq; sint, quando quis mystra sacratur:
Victima dein omnis qualis sit, & hâc quis alatur.

Caput 7. *Criminis hostia.*

Quid dandum, turbæ proponitur hîc populorum,
Si delictorum peccent gravitate suorum:
Hostia quæ detur, seu victima pacificorum:
Non adipem comedant, nec edant quid sanguineorū.

Caput 8. *Fiunt Mystæ.*

Aâron Pontificis dum munere condecoratur,
 In Mystas ejus proles quoque cuncta creatur:
 Deinde Tabernaculum per Moysen sanctificatur:
 Consecratio per lucas septem celebratur.

Caput 9. *Comedit.*

Aâron, dum sacrum fecisse (a) jubetur, obedit
 Et dans primitias, pro se, pro plebeque cedit
 Libamen: populo benedicit, moxque recedit:
 Gloria tum venit, *libamina flamma comedit.*

Caput 10. *Usti.**

Ab Nadab ac Abiu vetitum quid thurificatur,
 Et plebs exustos præter Mystas lacrymatur:
 Sicera Presbyteris, pariter vinumque vetatur:
 Quod reliquum fuerit libaminis, intus edatur.

Caput 11. *Dein munda.*

Separat immundas Deus à mundis animantes:
 De mundis tantum mundi sint participantes:
 Israël's gentes sint sancti semper amantes,
 Nam sanctus Deus est, & amat sacra facta patrantes.

Caput 12. *Immunda.*

Hic immundarum lex matrum commemoratur,
 Quotve dies habeant immundos, significatur,
 Dum seu natus eis, seu filia progeneratur:
 Indiga quod tribuat libamen, deinde notatur.

(a) à Moyse.

Caput 13. Leprosus.

Est hîc lex *Mystæ circa commissa leprosus,*
Quid faciat, crines cernens in pelle nivosos:
Et si vestitus habeant aliqui maculosos,
Ad quid constringat tali morbô vitiosos.

Caput 14. Lepraque.

Lex leproforum: qualis sit victima danda:
Quî domus & vestis, curatâq; lepra pianda:
Qualiter in domibus quoque sit lepra pensiculanda,
Quoque sit hæc mediô vis morbi purificanda.

Caput 15. Fundens.*

Si fundat semen vir, quâ ratione pietur:
Et si concubitu vetitô thalamus maculetur,
Fœmineusque suâ fluxus lunâ renovetur:
Ac duplicis sexûs homo quomodô purificetur.

Caput 16. Et caper.

Quî Mystæ Sanctum vel quando sit ingrediendum,
Araque, vel Divi Tectum quî sit liniendum:
In montem caprum, dein esse notatur agendum,
Atque piaculorum festum bene perficiendum.

Caput 17. Ante fores.

Soli præciperis Divo Judæ litare,
Dæmonibus verò prohiberis sacrificare:
Ante Tabernaculum debes tua sacra dicare:
Teque cruore cave, vel quæ sunt functa, cibare.

Caput 18. Gradus.

Haccé gradus tabulâ Judæis enumerantur,
In quæis conjugium penitus celebrare vetantur:

Et datur, ut turpes actus Gentis caveantur,
Nec Chananæorum crimen carnale sequantur.

Caput 19. *Et moralia.*

*Hoc caput ut leges circa mores memoravit,
Mox & iussa sacros circa cultus recitavit:
Multaque, quæ suprâ retulit, rursus refricavit,
Supra quæ pariter quædam nova pauca notavit.*

Caput 20. *Moloch.**

*Qui vano semen Moloch libat, moriatur,
Aut cui ariolus vel fortè magus famulatur,
Vel quicumque patri seu matri dira precatur,
Et qui non licitè varios coitus operatur.*

Caput 21. *Funus quale adeant.*

*Qualibus exequiis adsit vir pontificalis:
Quæ non est scortum, sit Mystæ scemina talis:
Cui non conveniat status & fors presbyteralis:
Filia si Mystæ coëat, punitio qualis.*

Caput 22. *Impurificataque.*

*Hic prohibetur edi quid Divo sanctificatum,
Ac alienigenum, quod & est impurificatum:
Victima queis careat vitiis, est deinde notatum:
Quidvé sibi demum cupiat Deus esse litatum.*

Caput 23. *Festa.**

*Sabbata cum Pascha festis, ac Primitiarum,
Hebdomadæ, Messis, Litui simul, ac animarum
Affligendarum, Domuum dein carbacearum:
Et mos servari rerum quis debeat harum,*

Caput 24. *Gnavè oleum tribuant.*

Hoc est Dive tuæ caput index traditionis

De dandis olei pro jugi lampade donis :

Isthic propositi panis ritum quoque ponis:

Blasphemi videas pœnam deïn, ac talionis.

Caput 25. *Questus.*

Quæ sit sabbatici, quintò decimi que tenendi

Lex anni : *questus non sunt à fratre petendi,*

Nec pro perpetuis servis fratres retinendi,

At magis ex manibus peregrinis sunt redimendi.

Caput 26. *Stant præmia.*

Hortatur populum Deus ad præcepta tenenda,

Qui servare volent, facientes perficienda,

Illis promittit bona reddere quæque petenda,

At non servanti prædicat damna stupenda.

Caput 27. *Vota.**

Leges diversa de votis commemorantur,

De rebus que, Deo quæ per pia vota sacrantur:

Quomodò facta semel jam vota probè peragantur:

Devè quibus rebus decimæ solitæ tribuantur.



LIBER NUMERI.

Argumentum.

Liber Numeri agit de numero populi & tribuum Israël, ritu Nazaræorum, generibus tu-
barum, & concupiscentia carniùm à Deo graviter

punita. De Maria lepra, & exploratione Terræ
 promissionis, atque murmurantis populi plagis. De
 Dathan & Abiron seditione, virga Aaron, & aqua
 è silice murmuranti populo scaturiente. De serpen-
 te aneo, prophetia Balaam, fornicatione populi
 Israël, & mansionibus in deserto. Et habet Capita 36.

IN NUMERIS.

Caput 1. *Apti bellis.*

Omnes gente viri de bis sena numerantur,
 Qui jam sunt apti, per eos ut bella gerantur:
 Déque Tribu Levi, mandat DEus, instituantur,
 Qui vigilant, & per quos linea tecta ferantur.

Caput 2. *Aciesque.*

Quæ facienda Tribûs divisio bella gerentis:
 Qui figant acies circa partes Orientis,
 Pérque plagas Austri, Boreæ, solisque cadentis:
 In cunctoque Duces caput hoc notat agmine gentis.

Caput 3. *Levitæ.**

Sanctis custodum Levitis munia dantur,
 Qui simul atque Duces, ac Officium numerantur:
 Israël's primogenituram dêinde lucrantur;
 Primò nata, supra quæ sunt numerum, redimantur.

Capita 4. *Bellè distribuunt.*

Dum jussum Moyses & Aaron obtinuerunt,
 In numerum varios Levi populos posuerunt:
 Quinguenti, quadraginta bis, octoque mille fuerunt,
 Quæis ritus omnes ac Officium tribuerunt.

Caput 5. *Ex castro.*

Immundi qui sint in castro non tolerandi:

Qui per neglectum peccantes purificandi:

Qui sint primitiis, libamentisque beandi:

Et sunt Zelotypi cum lege deinde notandi.

Caput 6. *Quæ esca.*

A Nazarræo dum votum fortè votetur,

Hinc cape, qualis ei tunc potus & esca vetetur,

Tum legito, qualis tunc Divo victima detur:

Mystraque quâ populo benedicat voce, docetur.

Caput 7. *Litârunt.**

Quod Princeps gentis duodenæ quisque litavit,

Quando Tabernâclum Moyses, Aâronque dicavit,

Id quoque, quòd quando Moyses Sanctû penetravit,

Fatus ab orâclo DEUS est, caput hocce notavit.

Caput 8. *Candelabra.*

Cum candelabro lichni locus est memoratus:

Tum cum materia fuit & situs insinuatus:

Quot Levitarum quivis sit tempora natus,

Dum consecratur: quando cesset famulatus.

Caput 9. *Phase quando.*

Quando Phase mundis ac immundis celebrandum:

Nube Tabernâclum nox contegit, igneq; Sanctum:

Stans nubes standum, surgens notat esse meandum:

Ducitur octenis sic lustris Agmen amandum.

Caput 10. *Tuba.*

Dive tubas fieri mandas, quæ plebs moneatur:
Ordoq; quem (a) castrum tenuit, datur, atq; precatur
Cognatum Moyses, comes ut sit: quidvè loquatur
Moyes, dum ponunt arcam, vel quando levatur.

Caput 11. *Cepe.*

Hebræi fessi cepas, carnesq; rogârunt:
Turbatur Moyses, seniores sed relevârunt,
More Prophetarum præfagia qui cumulârunt:
Castra coturnices aluère, necemq; creârunt.

Caput 12. *Leprosa.**

In Moysen Aâron, Mariaq; dum malè fatur,
Divus eum multis laudum titulis veneratur:
Tacta Maria lepris pro seclusa reputatur,
Cui mox integritas Moysis precibus reparatur.

Caput 13. *Dives humus.*

Qui Terra pergunt promissa visere vultum,
Fertile ceu signum, botrum cum palmite cultum
Portant, cui pariter jungunt fructum quoq; multum:
Moxq; movent præter Caleb, Josueq; tumultum.

Caput 14. *Murmur.*

In vanum Josue, Calebq; student sepelire
Murmura: placantur per Moysen Numinis iræ:
Præter pene duos (b) debebunt morte perire:
Bella sequi. vetitos cædit manus hostica dirè.

Ca-

(a) in deserto. (b) in deserto.

Caput 15. *Lignans.*

(a) Intrans libent: se junctis sacrificetur
 Primitijs: plectant scelus, ignarè quod agetur,
 Et fastum: *lignans per Sabbata saxa meretur:*
 Tum lex per vittas, quæ sint in veste, notetur.

Caput 16. *Absorptio.*

(b) *Dathan & Core primatum sollicitantes*
Glutit humus: reliquos necat ignis thura litantes:
 Flamma necat rursus permultos murmura dantes;
 Ast Aâron precibus stitit ignes cuncta cremantes.

Caput 17. *Floret.**

De bis sex Tribubus dum virgam quisquis habebat,
Aâronis tantum florem, fructumq; ferebat,
 Quem jugem Mystam res tam miranda docebat,
 Inque Tabernâclo sua virga locata manebat.

Caput 18. *Excubias quis agat.*

Munia Mystarum, Levitarumq; notantur:
 Victima, primitiæ Mystis, oblataque dantur,
 Levitæ verò decimarum sorte beantur,
 De quibus Aâroni rursus decimæ tribuantur.

Caput 19. *Lustralis.*

Lustrans de rufa bove debuit esse paratum
 Flumen, quod mundet quodvis non purificatum:
 Morte Tabernâclum quid si fuerit maculatum:
 Vas non contactum: tangens hominemq; necatum.

Ca-

(a) in terram promissionis. (b) & Abiron,

Caput 20. *Petra.*

Fit mors Mariæ: (a) *plebs amne petrae satiatur:*
 Offendunt Numen, promissaque Terra negatur:
 Horq; petunt, per Edom quia transitus usq; negatur:
 Aâron obit, (b) *Gnatus dum sumus Mysta cratur.*

Caput 21. *Colubri.**

Rege Chanân victo colubri per castra ruerunt,
 Dum fessi vocum strepitu flumen petierunt:
 Erectum colubrum cernentes convaluerunt:
 Deîn Og atque Schon Regem faustè tutuderunt.

Caput 22. *Fuste quatit.*

Balac ad Balaam bis mittens cogit adire,
 Et rogat, Israëlî velit ut maledicere dirè:
 Hunc, *asina quoniam non cessat terga ferire,*
 Corripit alatus Juvenis, tum mandat abire.

Caput 23. *Struxit.*

Mons Bâl est aris à Balâm condecoratus,
 Et ponit vitulos supèr ad maledicta paratus;
 Sed semel & rursus quæquæ prosperrima fatus,
 Ac etiam nolens est plurima vaticinatus.

Caput 24. *Benedixit.*

A Balaam rursus gens Israël est benedicta,
 De qua cum Christo notat ille prophetica dicta;
 Ast Amalec populus, Cynæaque natio victa
 Corruet, & pariter Romana cohors cadet ista.

Ca-

(a) murmurans. (b) Eleazarus.

Caput 25. *Trans-que foravit.* *

Israëlis populus (a) mœchatur, & inde levantur
 In trabe Primates, quater & sex mille necantur:
 Aeternò Phineæ mystatu facta beantur,
 Dum per eum Zambri, Cozbi-que simul trucidantur.

Caput 26. *Gens bello apta.*

In numerum populi per Moysen sunt redigendi
 De tribubus cunctis, quibus est vis bella gerendi,
 Promissam-que quibus fas est Tellura videndi,
 Quæis tandem fundi pariter sunt distribuendi.

Caput 27. *Caret mare.*

Hæres filia fit Salphâd, defectio plebis
 Namque virilis erat: Moyses tua certa tenebis
 Funera, dum Terram sanctam de monte videbis,
 Dum-que gubernandis populis Josuen adhibebis.

Caput 28. *Sabbata.*

Quales quotidie pecudes ad Sacra ferendæ:
 Septima Lux quò sit cultu sacra, quovè Calendæ:
 Quomodò solemnes Phasæ luces peragendæ:
 Hebdomadæ festæ quali sint lege colendæ.

Caput 29. *Septima Luna.* *

Septima quò ritu jubeatur Luna sacrari:
 Nempe Tubæ festum tunc est, & culpa piari,
 Atque Tabernâcli debet festum celebrari,
 Sacra-que tunc debent octenâ luce litari.

Ca-

(a) cum filiabus Moab,

Caput 30. *Haud votum frangas.*

Hic votum cernes & juramenta virorum:
 Hic quoque notitiam captare licebit eorum,
 An juramentum vel votum sit validorum,
 Quod vel mater habet, vel profert nata, tenorum.

Caput 31. *Madianitas.*

Virginibus salvis *Madianum mucro necavit:*
 Inter pugnantes & plebem præda meavit:
 Mystaque primitias, partimque Levira levavit:
 Dant grates, nullum quod Hebræum mucro voravit.

Caput 32. *Præeantque.* *

Moyfes cum Ruben & Gadi pignore gentes
 Manassis (quoniam bene sunt animante potentes)
 Trans Jordanis aquam terras dat habere patentesi
Si Fratres præeant in Chanân arma ferentes.

Caput 33. *Israëlis loca.*

Quadraginta duo coluit loca gens Israëlis
 Per deserta means, & multis illa querelis
 Complevit, veluti Moyfes notat hiscé tabellis:
 Jussus & Israël est Chananæum perdere bellis.

Caput 34. *Distribuant.*

Terræ promissæ situs ac limes recitatur
 Has juxta partes, quas mundus habere notatur,
Sorteque distribui cunctos inter memoratur,
 Et per quos fiat divisio, significatur.

Caput 35. *Urbes.*

Oppida Levitis dantur quatter duodena,
 Ex quæis, quò fugiant homicide, sunt data sena:
 Lex

Lex, si sit studiô, vel non, hominis laniena:
Unius ad vocem testis non fit tibi pœna.

Caput 36. *Neque misce.* *

Hæredes patris Natæ si fortè manerent,
Extra contribules non unquam nubere quarent,
Ne miscere Tribum connubia crebra valerent,
Et confundentes sua sic bona forsan egerent.



LIBER DEUTERONOMII.

Argumentum.

Deuteronomium replicat ea, quæ in quatuor
Libris prioribus tradita sunt: in eoque no-
minatim agitur de præteritis Dei beneficiis, &
mandatorum ejus observatione: de observatione
sommiorum, & Pithonibus, Urbibus refugii, ac
Judicialibus institutis. De libello repudii, &
benedictionibus observantium mandata Dei, ma-
ledictionibusque ea prævaricantium. Deni-
que de Cantico Moysis, & benedictione duodecim
Tribuum, ac morte ejusdem. Et habet Capita 34.

DEUTER.

Caput I. *Agebat iter.*

Præsenti Moyses librô breviter repetebat,
Qui per desertum se Grex Israël's habebat,

Octo dum lustris iter ardua passus agebat :
Cum nece tum pœnas infidorum referebat.

Caput 2. *Benefacta.*

Hæc etiam Moyses studiosè commemorabat,
Quòd *Deus Israël* bona plurima suppeditabat,
Et quòd ei bellum (a) bina cum gente vetabat;
At Regem *Sehon* deïn cum populis superabat.

Caput 3. *Cupit.*

(b) *Og* Rex interiit, cujus lectus memoratur:
Limes apud fluvium *Jordanis* forte secatur:
Optat (c) *Humum Moyses*, spe sed nullâ recreatur:
Inque *Chananæos* per eum *Josue* solidatur.

Caput 4. *Facienda.* *

Jussa sequi Moyses monet, & bona rettulit antè
Accepta: ac pœnas proponit pro violante:
Tum sua funera dat: formæ non sunt fabricandæ:
Et tres sunt urbes pro nolenter trucidante.

Caput 5. *Bis Lex quina.*

Moyses jussa decem facundò reppetit ore :
Id quoque mox subdit, quòd plebs fuerat graviore
Legibus auditis *Divi* perculsa timore,
Æthnæ flagrabant dum montis culmina more.

Caput 6. *Et ames.*

Israëlem monuit *Moyses*, ut *Divus ametur*,
*Jussa*que serventur: serisque suis recitetur

(a) cum *Ammon* scil. & *Moab*, (b) ab *Isr.* occisus
(c) promissam, Gen.

Gentibus, ut iussum Divi quivis operetur:
Cunctaque quid signent, quærenti significetur.

Caput 7. *Servans iussum.*

Cum prava non sint Israëli fœdera Gente,
Cujus sunt aræ cunctæ potiùs dirimendæ:
Utque priùs, sument bona semper ab Omnipotente,
Illius legem servant totâ modò mente.

Caput 8. *Tribulantur.**

Narratur, Divus quòd fecerit optima plura,
Et quòd *vexarit populos afflictio dura,*
Dum per deserti debebant pergere rura,
Ne de mente cadat Divi cum munere cura.

Caput 9. *Cælo dent.*

Non elata sibi det palmam turba futuram;
Sed magis à Divo credat se promerituram:
Tum memorat Moyse vocem cum crimine duram,
Qui pro Plebe precem quoque fudit ad Æthera
puram.

Caput 10. *Reficit.*

Restructæ tabulæ: Levitæ munia: sanctum
Quisquis Numen amat, iussum facit ejus amandum:
Præputium cordis tibi circum - scito - secandum:
Diligiroque vagum: jures in Numine tantum.

Caput 11. *Violantes.*

Dona Dei: legis tum stat custodia fulta
Promissis, *quæ non violata manebit inulta:*
Hinc & Garizim tanget benedictio multa:
Sumet Hebal diras, Israëli habitacula culta.

Caput 12. *Primitiæque.* *

Est simulacrorum quæquæ procul ara movenda;
 Et cum primitiis decimarum fors tribuenda:
 Quò sit danda locò sacra victima, vel comedenda:
 Quæ de sanguine sunt, non pro dape sunt capienda.

Caput 13. *Divò abigens.*

A Divo retrahens mox Pseudopropheta necetur;
 Nec parcas, vinclo quali tibi cunque ligetur;
 Funditus everti quin urbs simul ipsa iubetur,
 Si cuius civis quid tale patrare notetur.

Caput 14. *Vendas.*

Gentiles vita ritus circa moribundum,
 Quin & ab immundis animal discernito mundum;
 A decimisque tuum non unquam subtrahe fundum;
 Omnia tum vendas, peregrè tibi si sit eundum.

Caput 15. *Redbibe.*

Hic legito cunctis de rebus restituendis
 Annos post senos, quèis fors releverit egentis:
 Tum lege de servis, quibus est casa chara, tenendis
 Ac de sacrandis primogenitis, & edendis.

Caput 16. *Tria festaque.*

Anni præcipuum festum trinum memoratur:
 Et Phase festum prius, Hebdomadæque notatur;
 Deinde Tabernâcli festum solenne locatur:
 Judex sit justus: cultus statuæ caveatur.

Caput 17. *Quis rex.* *

Deligito, Divo quod poscis sacrificare:
 Et statuæ debes veneratorem lapidare:

In gravibus summos ad Myſtas ingrediare:

Qui rex eligitur, quid debeat ille notare.

Caput 18. *Eſa oblata.*

Myſtæ ac Levitis oblataq̄, ſacraq̄, dentur:

Nulla ſuperſtitio fiat: vates tribuentur

A Divo veri, falſi verò perimentur:

Et quæ falſorum ſint vatum ſigna, docentur.

Caput 19. *Urbesq̄ue.*

Tres pro confugiis urbes ſunt conſtituendæ,

Et quibus hæ tutò vel non, ac quando petendæ:

Quando tatae voces ſint vel non teſtis habendæ:

Non à fratre ſuæ metæ ſunt accipiendæ.

Caput 20. *Domum.*

Quis remare domum de pugna præcipiatur:

Quomodò jus belli ſervandum: quod jubeatur

Excidi lignum, quò machina conficiatur,

Aut quod non cæſum fructum feciſſe ſinatur.

Caput 21. *Tum Cautio.*

Cautio de quovis clandestinè trucidato:

Quævé ferò capitur Mavortis fœmina pratò:

De primogenito non ex chara generato:

De gnato duro: de per furcamq̄ue necato.

Caput 22. *Virgo.**

Cura rei fratris: toga ſexus non varietur:

(a) Nidus: (b) teſta: genus varium non conglo-
meretur:

(a) inventus. (b) circumdant domum,

Fimbria : quæ virgo : mœchus : *si quæ violetur*
In domibus vel agris : uxor patris prohibetur :

Caput 23. *Fratris ager.*

Hic datur, à Divi Templo quis sit cohibendus :
 Noctu pollutus quid agat : secessus habendus :
 Transfuga : prostibuli merces : quæstus fugiendus :
 Vota tene : *Fratris non vitis , agerq̃ metendus.*

Caput 24. *Merces.*

Ufus reppudii libri : dans mutua mentis
 Sit mitis : *detur merces operam facientis :*
 Judicium patriâ datur , ac genitore carentis :
 Quod de messe manet , vel vindemia , sit egentis.

Caput 25. *Bovis os.*

Verbera peccanti quot sint tribuenda , docerunt :
Non bovis ora liga : fratris semen reparetur :
 Dexterâ , si mulier prenda genitale , secetur :
 Mensuram justam teneas : Amalec trucidetur.

Caput 26. *Decimæ.*

In sanctam quando dabitur Tellura meare ,
 Quas tunc primitias teneatur quisque litare :
Quas pariter decimas teneantur , ubivè dicare :
 Forma que verborum quæ sit , datur hic tibi clarè.

Caput 27. *Benedicens. **

Mandatur Divo de saxis ara paranda ,
 In quibus est planè lex verbò tota notanda :
 Sub qua sit forma populo benedictio danda ,
 Quovè super reprobos maledictio more vibranda.

Caput 28. *Gens servans jussum.*

Qui servare Dei præceptum continuabit,
Illum perpetuò benedictio multa beabit;
At quibus ex illo nihil observare vacabit,
Illos in pœnam maledictio dura gravabit.

Caput 29. *Fœdus.*

Hic liber est fœdus, juramentumq; profatus,
Quò juxta donum populo Deus est sociatus:
Adjiciturque malum, quod ei fuit ille minatus,
A quocunque tenor pacti fuerit violatus.

Caput 30. *Propè.*

Ut cui placetur Deus, actum flere monetur;
Mandatumq; procul non Numinis esse docetur,
Quod bona vel mala fert, bene vel male quando
tenetur:

Eligito vitam: benefac, Humus ut tibi detur.

Caput 31. *Tum recitetur.**

Moyfes, dum statuit post se Josuen dominari,
Legem conscribit, populoq; jubet recitari,
Septima consuevit quoties ætas renovari,
Quam pro teste jubet penes arcam deinde locari.

Caput 32. *Hymnum cantavit.*

Pro donis Moyfes cantu colit Omnipotentem,
Et notat ingratham simul Israël's quoque mentem:
Tum montem scandens Abarim cognomen habentẽ,
Terram conspexit moriturus melle fluentem.

Caput 33. *Moriturus.*

Moyfes, mors illi dum jam vicina putatur,
 Israël's Tribui duodenæ prospera fatur:
 Quilibet è Ducibus specialiter inde notatur,
 Quis Moyfes quæquæ felicia vaticinatur.

Caput 34. *Clam tumultatur.*

Moyfen post Terram conspectam mors rapiebat
 Cui, dum *clam tectum longò plebs tempore flebat*
 Successit Josue: tum Moyfen ista manebat
 Laus, quòd amicus erat Divi, signisque nitebat.



LIBER JOSUE.

Argumentum.

Liber Josue agit de transitu Jordanis
 & de subversione regnorum hostilium: de in-
 troductione populi Dei in Terram promissionis
 ejusdemque Terræ divisione. Et habet Capitu-
 la 24.

IN JOS.

Caput I. *Abire parent.*

Hortatur Josue, regni Princeps solidati,
 Ut per Jordanem sint transmigrare parati:
 Gad, Rubenque Tribus, ac de Manasse creati
 Attamen in Chanaan Fratres præeant gladiati.

Caput 2. *Ac exploratio.*

Exploratores missi Jericho petierunt,
Abs Rahab & tecti sub lino delituerunt,
Cui de servanda dum voces æde dederunt,
In Castrum salvi post tres luces redierunt.

Caput 3. *Siccus.**

Grandia cum Josue patrat miracula Divus,
Siccus (dum plebs it) Jordanis fit quia rivus,
Qui non esse potest arcæ, populoque nocivus:
Nam stetit, ut quierit quivis transcendere vivus.

Caput 4. *Bis sex saxa.*

Divus ubi fecit Jordanis flumina stare,
Bis senos lapides mandatur turba levare:
Ac in aquis totidem mandantur saxa locare,
Quæ quondam natis hæc facta queant memorare.

Caput 5. *Timent.*

Terretur Chanaan: ibi circum-turba-secatur,
Galgala collis ubi jacet, & Phase celebratur:
Cessat manna, soli dum fructu turba cibatur:
Angelus apparens Josue præcepta profatur.

Caput 6. *Ruerant.*

Circuitus septem cum cista dum faciabant,
Diruerant muri Jericho, quam mox abolebant:
Dumque Rahab solam salvam, sociosque tenebant,
In restructorem Jericho maledicta cadebant.

Caput 7. *Furatur.*

Israëlis populos Haï explorata fugavit,
Ob res ablatas ut anathema participavit:

Ac ubi flens Josue se coram Numine stravit,
Sors Achan furem docuit, quem plebs lapidavit.

Caput 8. *Et Hai.* *

Hai expugnatur: Rex fit crucis hospes amaræ:
Victima constructæ de saxis additur aræ:
Scriptaque per Josue lex est in marmore clarè:
Tumque datur per eum turbæ benedictio charæ.

Caput 9. *Callidè agunt.*

De procul esse viri Gabaon dum se retulerunt,
Atque Ducem Josue fallebant, obtinuerunt
Fœdera, sicque suam vitam salvam tenuerunt;
At fiunt servi, dum murmura facta fuerunt.

Caput 10. *Stiterat.*

Reges in Gabaon pugnantes quinque cadebant,
Dum non (a) Luna die totâ se, solq; movebant:
Ex latebra tractos ad lignum fune viebant:
Et Reges alios simul ac urbes abolebant.

Caput 11. *Servavit.*

Adde, quod & Jabin Rex à Josue superatur:
Et sic Rex ab eo numerosus, plebsque necatur:
Quod Numen Moysi precepit, nil violatur:
Fitque quies terris, & nulli belligeratur.

Caput 12. *Quot trucidârunt.* *

Præsentes tabulæ specialiter enumerârunt,
Quot Reges Moyses & Dux Josue superârunt,
Seu cis Jordanis flumen, seu trâns habitârunt:
Unum, terque decem, si quis vult scire, necârunt.

(a) obediens voci Josue.

Caput 13. *Dividat.*

Mandatur Josue post tempora longa peracta,
 Ut sola distribuatur populo per praelia nacta:
 Rubeni, Gado, tum parti pars sua facta
 Manassis sola sunt vada trans Jordanica jacta.

Caput 14. *Atque Caleb.*

Hebron promissam Caleb hæres accipiebat:
 Explorator enim dum Terram quisque petebat
 Probris, hic verè retulit, quæcunque videbat,
 Atque sequi Divum (nihil contendens) cupiebat.

Caput 15. *Datur Axa.*

Urbes ac villas Juda multas participavit:
 Othoniel quando Cariath Sepher superavit,
 Axam Caleb ei pro conjuge mox sociavit,
 Iriguamque dedit terram, quia Nata rogavit.

Caput 16. *Tributaque.*

Sors Ephraim Tribui quæ sit regione statuta,
 Et quas cum vicis urbes ferat, hiccè voluta;
 At fuit inter eos Chananæo mansio tuta,
 Annua debuerat tamen exsolvisse tributa.

Caput 17. *Salphâd.**

Pars Manasse Tribus accepta forte quiescit:
 Natarum Salphâd pariter sors deinde liquescit:
 Prohibus at Joseph in majus sors sua erescit,
 Per montem lignis cæsis quæ terra patescit.

Caput 18. *Et describebant.*

Dum septem gentes non adum sortem capiebant,
 Sunt missi, terras qui descriptas referebant:

Hæ mox divisæ septem partes faciebant,
 Quarum Benjaminæ soboles primam retinebant.

Caput 19. Gentes sex.

Sortem deinde suam sex gentes obtinuerunt,
 Quos Simeon, Zabulon, Issachar, Affer genuerunt.
 Quasvé orbi Nephtal', vel Dan, Josueque dederunt:
 Sicque plagas omnes in Silo distribuerunt.

Caput 20. Oppida sena.*

Oppida sex circa Jordanem facta fuere,
 Quæ pro confugiis homicidis fas sit habere:
 Dicitur & tempus, quò possint hîc remanere,
 Nempe sui donec facti causam tribuere.

Caput 21. Fit deîn completum.

Est quadraginta Urbes, ac octo Levitica nacta
 Turba: suburbanis & erat quoque singula tacta:
Completur quondam Patribus promissio facta:
 Inque potestatem pax floret Gente redactâ.

Caput 22. Struxêre.

Ad sua Manasses, Gad, Ruben dum redierunt,
 Et prope Jordanis fluvios aram posuerunt,
 Suspicionis ob hoc aliis ansam tribuerunt;
 At causam dederant, dum Legati petierunt.

Caput 23. Senescit.

Dum canescebat Josue post bella cruenta,
 Atque brevî jam mors illi foret excipienda,
 Commonet ad Divi populum præcepta tenenda,
 Et cum Gente mala consortia quæque cavenda.

Caput 24. Obiit.*

Israëli factus favor à Divo memoratur,
 Atque novis idem pactis Israël sociatur :
 Divo per Josue, qui defunctus tumultatur :
 Conditur os Joseph: Eleazarus exanimatur.



LIBER JUDICUM.

Argumentum.

Liber Judicum agit de frequenti populi Israëli
 ab hostibus oppressione, & per diversos Ju-
 dices liberatione. De Barach & Debboræ victri-
 cis Cantico, Gedeonis fortitudine, Abimelech
 tyrannide & interitu. De Jephthe voto, Samsō-
 nis virtute, robore & morte. De flagitio deni-
 que habitatorum Gabaa in uxorem Levitæ, &
 in illius vindictam totius Israëli contra Tribum
 Benjamin pugna, ac demum reconciliatione illo-
 rum. Et habet Capita 21.

JUDIC.

Caput I. Axam habuit.

Hostica per Divi (a) Judas ferit oppida nutum :
 Othonielque capit Cariat Sepher: estque solutum
 Hoc

(a) unà cum Simeone fratre,

Hoc illi: nam Axam Caleb ac rus tradidit udum:
Gens Chananæa tamen solvit servata tributum.

Caput 2. *Flent.*

Angelus exponit cælò data multa bonorum,
Quò plebs auditò fundit fluvios oculorum:
Sæpeque post mortem Josueque, Ducumq; suorum
Salva, tamen scelerum patrix fit graviorum.

Caput 3. *Se maculant.*

Genti, quam liquit Deus, Israël associatur,
Ut discat pugnam, *vitiis ejusq; nigratur:*
Sæpe per externos ideo reges tribulatur:
Deinde sub Othoniel, Aod, & Samgar relevatur.

Caput 4. *Sisaramque.**

Debbora cum Barac Agmen Sisara feriebat,
Qui Ducis officium sub Jabin Rege gerebat:
Huncq; Jahel profugum, dum dormiit, interimebat,
Haber quam thalami sociam Cynæus habebat.

Caput 5. *Barac cantat.*

Debbora cum Barac postquam palmam retulerunt,
Festivum Divo lati carmen cecinerunt,
Quò grates parta pro lauro ritè dederunt:
Octo dein tuta lustris in pace fuerunt.

Caput 6. *Vellus.*

Vertit in Israël Madianis natio sese,
Cui designatur Gedeon, ut vellet adesse:
Hic litat, araque fit: Bâl aræ sunt quoque cæsæ
Rursus eum vellus Salvatorem notat esse.

Caput 7. *Aqua est proba.*

Ad fluvios, aptus qui sit pugnare, probatur:

Audit apud Madian Gedeon, quòd quis sua fatur
Vifa: lagena, tubæ, lampas, queis belligeratur,
Fiunt arma, quibus Zeb & Oreb depopulatur.

Caput 8. *Salmana.*

Ephraimum Gedeon sedat, tum *Salmana stravit*,
Et Zebeen, Soccoth, Phanuelque: deinde paravit
(a) Ephod: post decies septem proles generavit
(b) Abimelech: & obit: statuas Israëli redamavit.

Caput 9. *Fragmen.**

Abimelech cædens fratres malè regna tenebat:
Parabolam dixit Joathan, quem non perimebat:
Gâl victò turrim Sichem flammis tribuebat,
Quem *mulier fragmen jaciens deïn interimebat.*

Caput 10. *Cum Thola.*

Fit Thola dux, quòd mox functò Jair est dominatus:
Israëli (c) Ammoni datur idolum veneratus:
Et dolet: ingratus quòd erat, fuit increpitatus
A Divo, cujus fatum deïn est miseratus.

Caput 11. *Jephte dux.*

Judex Jephte: bonis hic rem primò recitavit
Ammoni; sed ei dum Divi corda cremavit
Spiritus, Ammonem cum gente sua superavit,
Tum gnatam, temerè quam vovit, sacrificavit.

Ca-

(a) quod domui ejus & Israëli in ruinam fuit. (b) ex con-
cubina, (c) ac Philistæis.

Caput 12. *Schibboleth.*

Ex Ephraim, contra Jephthe malè qui stomachatur,
tur,

Quadráginta duo milleni penè necantur,
Schibboleth integrâ quoniam non voce profantur:
Abefan, Ahialon, Abdon post hanc dominantur.

Capit 13. *Editur.*

Gens Israël iterum dum (a) peccant Omnipotentis,
Dantur Philistîm: Samsonem voce frequenti
Nuncijs Angelicis prædicat utrique parenti,
Cui benedicebat Deus in mundum venienti.

Caput 14. *Et mel.**

Ad Philistæam Samson iit: ut remeavit,
En mel in ore gerit leo, quem prius ille necavit,
Ac hinc Parabolam sumptam fociis recitavit;
Illius sensum sed Dalila notificavit.

Caput 15. *Decutit offe.*

Per vulpes Samson cremat (b) arvom messe per
ractâ:

Mille Philistæos necat & post vincula fracta:
Et sunt hæc asini maxillâ funera facta,
De qua, dum sitiit, sunt flumen guttura nacta.

Caput 16. *Fores.*

Cinxerunt Gazam, *cujus portas rapiebat.*
In montem Samson: cui, dum Dalilæ retégebat
Robora, Philistîm cum crinibus abripiebat
Lumina, sed secum Samson hos dein perimebat.

(a) peccatõ idololatriæ. (b) Philistæorum.

Caput 17. *Bethlemita.*

Idoluni mater Michæ sibi conficiebat,
 Huicque suum gnatum pro Mysta constituebat,
 Atque *virum pariter Bethlemitem suscipiebat,*
 Qui se Levitam matri Michæ referebat.

Caput 18. *Micham rapuerunt.**

Post explorantes sexcenti de Dan ierunt,
 Quærentesque locum scrutati cuncta fuerunt,
 Qui postquam *Michæ statuam, Mystamque tulerunt,*
 Urbem vi captam, dictam Lais, incoluerunt.

Caput 19. *Emoritur stuprata.*

It cum Levita consors linquens sua tecta,
Istius utque stupris est (a) Gabaa tota refecta,
 In bis sex functæ sunt partes corpora (b) secta:
 Et fuit una Tribus ad cunctas portio vecta.

Caput 20. *Necantur.*

Ob scelus hoc reliqui mox Benjamin ense petebant,
 Et pugnâ geminâ multos interficiebant:
 Totam deîn jussi pugnare Tribum perimebant
 Præter sexcentos, ad eremum qui fugiebant.

Caput 21. *Deîn reparantur.**

Benjaminiam gentem lugent interficientes,
Restaurant igitur Jabes Galaad perimentes,
 Ac de virginibus quadringentas retinentes,
 Deque Silo quasdam, dum saltabant, rapientes.

D

LI-

(a) locus existens in tribu Benjamin. (b) à marito.



LIBER RUTH.

Argumentum.

*L*iber Ruth tractat de Noëmi peregrinatione & reditu cum Ruth fidissima nuru sua, conciliatione benevolentiae Ruth cum Booz, contractoque inter eos matrimonio, ex quo natus est Obed, pater Isai, & avus David. Et habet Capita 4.

RUTH.

Caput 1. *Abit Elimelech.*

In Moab terras, dum panis ubique vacavit, Elimelech, Noëmi, gnatus binusq; meavit: Vult Noëmi dici Mara, dum natos tumulavit, Atq; virum: cum Ruth deïn in Bethlehẽ remigravit.

Caput 2. *Collegerat.*


Indiga Ruth spicas Bôzi carpebat agrorum, Cuï veluti genito patrum de stirpe suorum Complacet: adq; socrum rediens in fine laborum Multum frumenti fert, reliquiasq; ciborum.

Caput 3. *Accubat.*

Consilium fidæ socrûs Ruth alacrè secuta, Et coram pedibus Bôz, dum cubat ille, voluta, Læta capit, quæ sunt illius labra locuta: Sexq; refert frugis modios jam nocte solutâ.

Caput 4. Uxor. *

*Bôz sibi Ruth sumpsit cædente aliô propiore:
 Accepit pariter coram turba seniore,
 Quidquid ab Elimelech mansit consorte priore:
 Ac fluit Obed, avus mox David, ab hoc genitore.*



LIBER I. SAMUELIS,

DICTUS

PRIMUS REGUM.

Argumentum.

Liber primus Regum agit de ortu Samuelis à sterili matre, & oblatione ejus in templo. De Heli sacerdotis ob filios non castigatos interitu, & de arca à Philistæis capta, ac cum muneribus reddita. De unctione Saul in regem, & ejusdem ob superbiam à Deo reprobatione, electioneque David in ejus locum. De pugna item David cum Goliath, & gravibus persecutionibus à Saul illatis, Dei tamen auxiliô ipsum semper protegente: de singulari denique amicitia David cum Jonatha, & morte Saul, filiorumque ejus in bello. Et habet Capita 31.

REX PRIOR.

D 2

Ca-

Caput 1. *Anna gemit.*

Elcanam Sponsam simul Anna, Phenennaq; novit
Anna flet icta probris, quia nunquam pignora fovit
 Mox & Heli vidit, crebra quòd suspiria movit,
 Cui paritur Samuel, quem post lac dat, cui vovit.

Caput 2. *Peccantque.*

Anna sacrum postquam Divo carmen recitavit
 Tres pueros rursus, natasque duas generavit:
Heli Natorum crimen non increpavit,
 Quem punire Deus, Natosque necare notavit.

Caput 3. *Vocatio.*

A Domino Samuel quater est de nocte vocatus,
 Et sermo gravis est adversus Heli recitatus,
 Quem Samuel illi fuit ubere voce profatus:
 Et venit, quidquid Samuel est vaticinatus.

Caput 4. *Capta.* *

Bis per Philistinam plebs Israël superatur:
Arca simul capitur, dum castris associatur:
 Atque Heli, dum mors Natorum significatur,
 Interit, atque simul, pariens nurus exanimatur.

Caput 5. *Bis cadit.*

Ante arcam dum bis Dagon ruit impote crure,
 Cum manibus scissum caput est. Arcataque dure
 Philistæa cohors mariscis, pressaque mure
 Arcam de proprio properat depellere rure.

Caput 6. *In vaccis.*

Vaccis Philistin cum donis imposuerunt
 Arcam, Bethsamiis quam per nova plaustra tulerunt.

Hi plaustri lignis uistas Divo tribuerunt
Vaccas : atque arcam cernentes interierunt.

Caput 7. *Apud Abinadab.*

A Cariathiarim populis est arca reuēta,
Et simul in Gabaa subit Abinadabica tēta:
Israēlem Samuel monet, & fit uersio rēta:
Orat hic, atque cadit tandem Philistica sēta.

Caput 8. *Dato regem.* *

Post parcam vitam Nati Samuelis ierunt,
Israēlisq; sibi gentes regem petierunt,
Cujus dum Samuel jus dixit, non uoluerunt
Exaudire, nimis quia durō corde fuerunt.

Caput 9. *Cūm quærit.*

Saūl asinas quærit patris, minimè sed adeptus,
Curarum quærit Samuelem pondere septus,
Cū Saūl ungendus monstratur, & est ita cœptus
Eius, ad hospitium fuit ac pro nocte receptus.

Caput 10. *Linitur.*

Ungitur in regem Saūl : signaque sunt comitata:
Fitque comes Vatum, narrans incognita fata:
Firmat eum regem Samuel, sors est ubi lata:
Ante Deum regni ponuntur jura notata.

Caput 11. *Conciderat.*

Flamine dum Diui subitō Saūl fortificatur,
Concidit tauros, & quisquis ad arma vocatur:
Saluatur Jabes Galaad, dum Nās superatur:
Galgala nomen, ubi Saūlis regnum solidatur.

Caput 12. *Innocuusque.**

*Innocuum testis Samuelem turba probabat ;
Ingratum Divo populum sed is increpitabat ,
Dictaque signa probant : ad cultum deum stimularat
Numinis , ac ipsos prece non cessante iuvabat.*

Caput 13. *Deserti antra petunt.*

*Victus in Israëlem Philistæus remeavit :
Israël antra petit : quia Saül Samuele litavit
Non expectatô , Deus hinc illum reprobavit :
Armis Israëlem fraus Philistim spoliavit.*

Caput 14. *Gustavit.*

*Mente Philistæos Jonathas minimè pavitante
Armigerô tantùm dum disperfit comitante ,
Mel capit , ignorans , genitor veruit quòd id antè :
Vixque necem vitat , populô multùm rogitante.*

Caput 15. *Agag.*

*Onnem vult Amalec Deus à Saül esse necatum ,
Hic sed Agag Regem , spoliùmque reservat amatum :
Carpitur , (a) ut non obsequitur , perditque ducatum ,
Quem Samuel , dum cædit Agag , deslet reprobatum.*

Caput 16. *Citharisque.**

*Hic Davidem Samuel , quoniam Deus abjiciebat
Saulem , quantumvis fratrum minimum liniebat :
Atque malus Saulem dum spiritus arripiebat ,
Mox leviùs , David citharam dum movit , habebat.*

Ca-

(a) ubi additur commendatio obedientiæ.

Caput 17. *Ex funda.*

Israëlem contra Philistim castra gregavit,
 Spemque suam Goliath ut in ense, manuque locavit,
 David eum fundâ tantum, scrupuloque necavit,
 Et caput ad Saulem tulit, hostem quando fugavit.

Caput 18. *Pro præputiis.*

Cum Jonathas pactus David est, in quem truculentum

(a) Saül odium gestans telum jecit violentum:
 Accepitque Merob, Davidis cupiens nocumentum,
 Et Michol est illi pro præputiis data centum.

Caput 19. *Placatusque.*

Placabat Jonathas, Davidem dum Saul cupiebat
 Cedere, quem contra rursus (b) telum jaciebat;
 Per Michol at fugiens in Ramatha perveniebat:
 Nuncius ut trinus, præsentia Saül referebat.

Caput 20. *Sagittis.**

Sunt David & Jonathæ pacis leges repetitæ:
 Hicque patris cor ei frustra vult reddere mite;
 Sed tamen innocuæ providit sat bene vitæ,
 Dum terna jactu dedit illi signa sagittæ.

Caput 21. *Fingit se.*

In Nob, Mystarum David urbem dum fugitavit,
 Achimelech illum Doeg cernente cibavit
 Panibus altaris, Goliath deinde arma levavit:
 Et stultum metuens apud Achis se simulavit.

D 4

Ca-

(a) audiens sui & Davidis comparationem, (b) dum ille citharam pulsaret.

Caput 22. *Mystas.*

David (ad Odollam cui se plebs plurima dedit)
 Ad Moab, & Judæ deïn in Tellura recedit:
 Præter & Abiathar *Saûlis truculentia cedit*
Per Doëg Mystas, illis minimè quia credit.

Caput 23. *Ceïlam.*

Dum de *Philistim Ceïlam* David expediebat,
 Ac Ziph, ne Saûli detur, deserta colebat,
 Proditus est: fœdus tum cum Jonatha repetebat:
 Saûl à David abit, *Philistim* dum veniebat.

Caput 24. *Scidit.*

De *Saûlis latebræ scidit* inter concava veste
 David, nec voluit necis illum perdere peste:
 Hunc Saul agnoscit regem fans crimina mœstè,
 Cui servare genus David addit Numine teste.

Caput 25. *Et Nabal.*

Flent, ut obit Samuel: *non Jessiadem veneratur*
Nabal: & Abigail placat, David ut minitatur,
 Quæ moriente virò, simul Achinoamque creatur
 Uxor Jessiadis: Michol Phlati Sociatur.

Caput 26. *Hastam.**

Saûli te David prodit Ziph plebs iteratò:
 Dumque *Scyphum Saûli*, *telumq; sopore gravato*
Aufers, de facto culpam dicit scelerato;
 Atque tibi posthac pacem spondet revocato.

Caput 27. *Gratè habuit.*

David diffidens ad Achis à Saûle recedit:
 Et captâ Siceleg (quæ Judæ in prædia cedit)

Non paucos circum per praelia plurima lædit:
Sic Regem fallit, qui non bene singula credit.

Caput 28. *Surgit.*

Rex Achis ut Saûli fera movit bella, vovebat
David ad illa fidem: Saûl ense magos primebat
Cujus, ut & sobolum, *Samuel* (quando veniebat
Per Pythonissam) propè mortes esse docebat.

Caput 29. *Remigrat.*

Cum Philistæis super Israël it quoque David;
Quem retrò turba Ducum mittendum sollicitavit,
Contra se quoniam moturum bella putavit:
In Siceleg igitur Regis jussu remigravit.

Caput 30. *Recipit.*

Est Siceleg, dum David abest, incendia passa
Abs Amalec, David insequitur, nec fit via cassa:
Nam *recipit prædam*, dum gens est hostica quassa:
Æquaque cum reliquis pars venit ad agmina lassa.

Caput 31. *Tumulârunt.**

Saûlem cum Natis Philistæi trucidârunt,
In muro Bethsan Saûlis caput atque ligârunt:
Astarothi verò delubris arma locârunt:
Membra viri Jabes ablata deir: tumulârunt.

OS (O) SA

LIBER II. SAMUELIS,

DICTUS

SECUNDUS REGUM.

Argumentum.

Liber secundus Regum tractat de luctu David ob mortem Saul & Jonathæ, constitutione ipsius in regem Juda & Israël, & reductione arce in Jerusalem: de David quoque proposito circa domum Domino ædificandam, uti & ejus adulterio cum Bethsabæe, morte Uriæ, & reprehensione David à Nathan Propheta: occisione Amnon à fratre Absolon ob violatam Thamar sororem suam, ejusdemque Absolon in David patrem suum conjuratione: de humili David fuga, morte ignominiosa Absolon, & restitutione David in regnum: de numeratione demum populi David jubente facta, peste in populum grassante, & ejus oblatio sacrificio cessatione. *Et* habet Capita 24.

ALTER REGUM.

Caput I. *Adimit vitam.*

Nuncius infelix à David Rege necatur, Dum manibus propriis Saulem occidisse profatur:
Je

Jejunansque David, scindensque togam lacrymatur.
Et monet, ut Judæ Soboles arcum doceatur.

Caput 2. *Juda.*

David Hebron adiens, *Juda quem regem liniebat,*
Laudat, quod Saulem Jabes terræ tribuebat:
Isbosethum deïn Israëlī dum præficiēbat
Abner, utrasque domos inter lis eveniebat.

Caput 3. *Pacta.*

Isboseth Abnerum durā strinxit quia lite
Ob concubinam, *facit hic cum ritē Davide*
Pacta, affertque Michol: (a) fit & illi demptio vitæ
Per Joab, cujus David flet funera fidē.

Caput 4. *Necantur.* *

Qui præfecturam Rechab atque Baana tenebant:
Isbosethum (tutus dum dormivit) perimebant:
Et caput ad Regem David exultando ferebant,
Pro mercede sua mortem tamen accipiebant.

Caput 5. *Bellum binum.*

(b) Unctus erat David, Jebusæaque Castra fugavit:
Est & capta Sion, ubi tecta struens habitavit:
Et nuptas alias superinducens, generavit
Pignora: *bisq; Gregem Philistæum superavit.*

Caput 6. *Ozam.*

Ducit ab Abinadab David arcam: *sternitur Oza:*
Hinc apud Obedeom linquit: Solymam numerosa
Fert deïn cum turba: ridetq; Michol vitiosa
Saltantem Davidem, fit & alvus non fruticosa.

Ca-

(a) cū etiam Israëlitas ad David congregaret. (b) in regem Israël.

Caput 7. Proponit.

Pro Domino David proponit condere Tectum,
 Quod primò Nathan laudat valdè fore rectum;
 Sed Deus hoc votum mox esse docens abiectum,
 Qui condat Templum, dat per promissa reiectum.

Caput 8. Et Aulica.

Nunc lauri Davidis, subjectaque gens recitatur,
 A quibus Israëli data pensio commemoratur:
 Rex Thou gaudet, quòd Adarezer superatur,
 Quem spoliat David, plebs Aulica tum numeratur.

Caput 9. Prandet.*

Miphbosetho, Jonatæ Nato, multum pietatis
 Exhibuit David, Saûlis fuis retro pratis:
 Illaque cum servis coluit Siba, cum quoque Natis:
Miphboseth sumit cum David fercula gratis.

Caput 10. Confudit.

Hanoni tristi dum sunt solamina facta
 A David, in servos fuerant ludibria jacta:
 Regum quinque dein ad Hanon sunt agmina tracta
 Adversus Davidem, sed sunt fugisse coacta.

Caput 11. Cum Bethsabee.

Contra Rabba Joab pugnante domi residebat
 Davidq̄ adulterium peragens: perimique jubebat
 Uriam, natum tum Bethsabee pariebat
 Uxor facta, ex quo Deus iram concipiebat.

Caput 12. Doluitque.

Parabolam Nathan tangit David: ille minatur:
 Culpæ, at non pœnæ, veniamq̄ dolendo lucratur:
 Gna

Gnatus obit: Salomon paritur: Rabbath superatur,
Et diadema ferunt: Ammon quoque turba necatur.

Caput 13. Sororem.*

Cum Thamar crimen facit Amnon turpe sorore:
Absolon hunc nimiô perimens stimulante furore
Ad Regem Gessur fugit iratô Genitore,
Ac ibi tres annos remanet non absque dolore.

Caput 14. De Gessur.

Per mulieris opem Joab à Gessur revocabat
Absolon in Solymam formosum, qui generabat:
Ante duos annos nec patris in ora meabat,
Joabi donec per servos arva cremabat.

Caput 15. Conspirat.

Absolon, ut populum fecit sibi conciliari,
Contra conjurans patrem cœpit (a) dominari:
Hicque fugit, paucos penes arcam vultque morari
Cum Chusai, per quem queat Achitophel superari.

Caput 16. Prostituit.

David Miphbosethi bona Sibæ (quando ferebat
Escas) tradebat, semeique necem prohibebat:
Absolon Achitophel suasu Solymam veniebat,
Et rem cum nuptis proprii genitoris habebat.

Caput 17. Chusaique.*

Consulit Achitophel, Chusai sed id annihilavit,
Quod citius Davidi, qui Jordanem superavit,
Nunciat: Achitophel se tandem fune necavit:
Ne David esset egens, ab amicis dona levavit.

Ca-

(a) in Hebron,

Caput 18. *Ex quercu.*

Absolon est victus : *de quercu pendet* : & aræ
Telum Joabi dedit illum mortis amaræ
Quô pater auditô dixit plorans peramarè :
Ah moriar pro te fili super omnia chare !

Caput 19. *Contendunt.*

Flere (a) David cessat : tum placantur malefideæ
Partes : it Solymam : parcit Semei quoque vitæ :
Miphbosethum recipit : vox pacis ut est data fideæ
It Berzellai, (b) factâ pro Jesside lite.

Caput 20. *E muro.*

Post Sebam poperat Joab (cui se sociavit *
Abisai,) contra David quia tela levavit :
Impetit Abelan, Amasam postquam trucidavit :
Dumq̄s caput Sebæ de muro dant, remeavit.

Caput 21. *Tumulârunt.**

Cessat, quam Gabaon pro Saûle famem tolerârunt,
Saûlis reliquias à Davide quando (c) rogârunt,
Cum Saûl & Jonathâ quos jussu David humârunt :
Davidis hæ chartæ quatuor deîn (d) bella notârunt.

Caput 22. *Festivè cantat.*

Post mala multa fuit tandem David undique tutus :
Cunctaque divinus dedit illi prospera nutus :
Ex hostis laqueis igitur, Saûlisque solutus,
Cantica, quæis solvit grates, est digna locutus.

(a) verbis Joab commotus. (b) inter Judam & Israël.
(c) ad crucifigendum, quas etiam obtinent præter Miphbo-
seth. (d) adversus Philistæos, Ca

Caput 23. *Quæ gesserat.*

Hoc sunt verba locò comprehensa novissima David,
 Qui flumen Divo de Bethlem fonte litavit:
 Illustresque viros sibi multos conciliavit,
 Quorum gesta simul caput hoc memoranda notavit.

Caput 24. *Et numeravit.*

Gad David, ut numerat populum, culpæ jubetur:
 Eligit hic pestem, quâ (a) plurima gens oboletur:
 Orat: dat pretium, dum Vatis voce monetur:
 Mox aram ponit: pestis tandem cohibetur.

LIBER REGUM TERTIUS.

Argumentum.

Liber Tertius Regum proponit mortem David,
 & successionem Salomonis, hujusque sapien-
 tiam, judicium, ac Templi constructionem, Re-
 ginæ Sabæ ad ipsum profectioem, & denique
 ejus ob amorem mulierum prævaricationem.
 Item decem tribuum à Roboam filio Salomonis
 defectum, & Jeroboam in regem Israël constitu-
 tionem, ab eoque inductum idolorum cultum:
 utriusque etiam Regni decursum usque ad Achab
 Regem sceleratissimum, & Josaphat Regem Juda
 satis probatum. Proponit demum Prophetarum
 Baal

(a) homines numerò 70000.

*Baal in Carmelo ab Elia factam cadem, gravem
pluviae penuriam, comminationem Dei in Achab
ob Naboth indignam necem, & denique ipsius
Achab in bello interitum. Et habet capita 22.*

TERTIA REGUM PARS.

Caput 1. *Abisag.*

*Hic (a) Abisag Davidē vetulum, gelidumq̄, fovebat:
Adoniasque thronō tumida cum mente sedebat;
Bethsabee (Nathan suasu) sed dum faciebat,
Ut Salomon sceptrum gerat, Adonias fugiebat.*

Caput 2. *Moritur.*

*David obit, quando Salomoni iussa profatur:
Adonias Abisag duxisse petens trucidatur:
(b) Pellitur Abiathar: Sacra Joab Æde necatur:
Cæditur & Semei, quia contra iussa vagatur.*

Caput 3. *Meretrices.* *

*Hanc Salomon duxit, genuit quam Pharaō:
mentem*

*Et petit à summo Divo sapienter agentem:
Adjicit ille decus, facit & nullius egentem:
Causa meretricum probat illum tum sapientem.*

Caput 4. *Bellæ epulæ.*

*Dux & Præfectus Salomonis connumeratur:
Fercula, divitiæ, sapientia tum recitatur:
Mox secura quies illō regnante notatur:
Parabolæ numerus cum carmine deū memoratur.*

(a) casta manens, (b) à sacerdotio.

Caput 5. Cedros.

*Cæsores, Salomon ut condat Tempła, cedrorum
Hiram concedit, sit redditor ille ciborum:
Cæsorum numerus, portantis onus, latomorum,
Et dein Præfecti cuncti referuntur eorum.*

Caput 6. Cæpitque.

*Templi cæperunt in Zio mense laborem,
Hoc cujus codex fabricam, formæque nitorem,
Præcipuam pariter partem notat interiorem,
Quam penes & faciem simul exhibet exteriorem.*

Caput 7. Domumque.

*Dum struxit Salomon edem sibi, tum spatiosa
Pro saltu struitur domus in Libano fruticosa:
Facta dein dominæ penetralia sunt speciosa:
Multa fuit templi suppellex, & pretiosa.*

Caput 8. Dicavit.*

*In Templum ducunt arcam, templumque dicatur,
Et nebulæ complent. Bene-tum-dixisse notatur
Rex populum Salomon: dein bos & ovis numeratur,
Tam celebri festo quæ Divo sacrificatur.*

Caput 9. Comparet.

*Apparens Divus Salomoni, iussa tenere
Mandat, datque minas, si non velit illa replere:
Hicque struens urbes dum gentes aggravat ære,
Naves ex Ophir facit auri pondera ferre.*

Caput 10. Stupuit.

*Dum Regina Saba Salomonis facta stupebat,
Sumptis atque datis donis redit: hicque struebat*

Censu, auroque potens, vas, scuta, thronumque
nitebat

Suppellex: cedri satis, argenti que tenebat.

Caput II. Statuas.

En quid agit mulier! *statuas (a) Salomon vene-*
ratur,

Cum gravis hostis Adad, Jerob', Razonque creatur:
Regnum Ahias una dandum sine gente profatur
Jeroboæ: moritur Salomon: Roboam dominatur.

Caput 12. Juvenum.

Consilium juvenum Roboami regna secabat:
Et dum Jeroboæ se dena Tribus sociabat:
Illum Semeias huic pugnantem revocabat:
Jeroboam vitulos in Dan, Bethelque locabat.

Caput 13. Leo.

Aræ dum cædem, Josiæque ortum memoravit
De Juda missus Vates, siccam reparavit
Jeroboæ dextram, *quem, dum rediit, leo stravit,*
Cum non parebat: *(b) Rex tum pejora patravit.*

Caput 14. Sefac.*

Jeroboæ Nuptæ sumet sua funera gnatus,
Et domus interitum, *(c) Vates est talia fatus:*
(d) Succesit Nadab: Solymæq, fuit populatus
Templa Sefac: (e) Abias est post Roboam domi-
natus.

(a) uxores accipiens 700. concubinas 300. (b) Jeroboam. (c) Ahias. (d) patri suo Jeroboam defuncto. (e) filius Roboam.

Caput 15. *Dat jura Afa.*

Rex (a) Afa post Abian in Bâsan belligeravit,
 Ad quod opem Benadad Syriæ Rex suppeditavit:
 Post Afa fit (b) Josaphat: (c) Nadabum Bâsa necavit,

Et sic Israëlis soliô se nobilitavit.

Caput 16. *Cremat.*

Fata Jehu Bâsæ docet: (d) Elaq; tum dominatur,
 Quem servus Zambri perimens regnum moderatur:
 Amri deligitur: *per se Zambriq; (e) crematur:*
 (f) Achab post Amri sequitur: Jericho reparatur.

Caput 17. *Claudit.*

Tres Elias annos cælum facit esse seratum,
 Quem datur à corvo, deîn à muliere cibatum:
 Hujus deîn oleum cum farre facit cumulatam,
 Cujus & ad vitam revocavit postea gnatum.

Caput 18. *Pluviam.*

Est nimis aucta fames: (g) Abdias, dum veniebat
 Elias, Regi mox Achabo retegebat:
 Hunc Elias carpens falsos Vates perimebat:
 Ad sacra deîn ignem dederat: *pluviamq; petebat.*

Caput 19. *Fugiebat.**

Jezabel Elia fugis: accipis atque (h) alimentum:
 Is in Horeb, septem decies audis ubi centum:

E 2

Ad-

(a) filius Abiæ Regis Juda. (b) filius Afa. (c) filium Jeroboam, unâ cum universa cognatione. (d) filius Baasa. (e) cum domo regia. (f) filius Amri impiissimus. (g) cui pro pecoribus herbam quærenti Elias occurrit, (h) & aquam.

Adque Jehu debes, ac Hazaël ire linendum,
Atque ad Eliseum pro Vate Dei faciendum.

Caput 20. *Et Campestre*

Samariam cingens Syrus à (a) Puerum grege læsus
En à campestre rursus fuit agmine casus:

Vates Achabum carpit, quod pacta professus
Cum (b) Benadad vitam dat ei, simul atq; recessus.

Caput 21. *Ac vinetum.*

Naboth, ut Achabo mons est vini renegatus,
Jezabelis jussu delatus, & est lapidatus:
Visenti vites Regi quod erat minitatus
Elias, Achab vitat sibi vilificatus.

Caput 22. *Superantur.**

(c) Achab cum Josaphat (d) victi fuerant, ut iere
In Syrios: & Achab (qui jecit in antra severè
(e) Michæan) obiit: dein qui Regis tenuere
Munus, (f) Ochozias, (g) Josaphat, (h) Joramque
fuere.

(a) Principum provinciarum. (b) Rege Syriae. (c) Res
Israël & Juda. (d) dum Pseudoprophetarum vaticiniis decepti
ad pugnam procedunt in Ramoth Galaad. (e) vera pro-
phetantem. (f) filius Achab Regis Israël. (g) filius
Regis Juda. (h) filius impius pii Josaphat.

LIBER REGUM QUARTUS.

Argumentum.

Liber Quartus Regum agit de igne in duos
quinguenarios celitus misso, Elie raptu

in cælum, Elisei miraculis & virtutibus: de Naaman lepra, Samaria fame & oppressione: de domûs Achab à Jebu deletione, populique Israël ad Assyrios translatione: de Ezechia Regis in Deum religione, blasphemantis Assyriorum Regis à Deo percussione, atque plaga, & Josia Pietate ac zelo in idolorum destructione: de expugnatione demique Jerusalem à Babylonys: templi destructione, ac transmigratione populi Juda in Babylonem. Et habet Capita 25.

QUARTUS REGUM.

Caput 1. Agitat morbus.

Rex Ochozias pro consilio veneratur
Bélzebub, Elias carpens cui funera fatur:
Igne (a) Duces pereunt duo; tertius at comitatur
ad Regem Vatem: tandem (b) Joram dominatur.

Caput 2. Rapitur.

(c) Jordanem Elias & Eliseus superavit:
Hic ab eo rapto dum (d) flamen habens remigravit
Per (e) Jordan, (f) terras & aquas Jericho reparavit:
Ursus dcïn binus subitò (g) pueros laceravit.

Caput 3. Violatum.*

Rex Moab Israël factum fœdus violabat:
Hinc Israël in eum, Juda, totus Edomque meabat.

E 3

Quæst

(a) cum militibus suis. (b) filius Ochozias. (c) palliò Elisei divisum. (d) duplex. (e) Elisei palliò divisum. (f) factus. (g) Eliseum iridentes.

Quæis Eliseus aquas, vincendaque præmemorabat
Castra Moab Regis, qui natum sacrificabat.

Caput 4. *Bolum sanat.*

Dum facit Eliseus oleum viduæ cumulatam,
Quem spondet, tandem vivum Sunamitidi gnatum
Reddit: cumque *cibum sanavit amarificatum*,
Panibus & paucis satiaverat agmina Vatum.

Caput 5. *Nâman.*

Iussa Syrus dat Rex, ut *Nâman (cui lepra crevit)*
Sanet Rex Israël: scindensque hic pallia sævit:
In Jordane medens Eliseus munera sprevit;
At sumpsit mendax Giezi, quem lepra replevit.

Caput 6. *Nat.*

Nat ferrum: & Vatem Syrus ob(a) secreta volebat
Prendere grex, cæcos quos Samariam faciebat
Pergere, quam Syrii cinxerunt: mater edebat
Prolem: dein cædi te Rex Elisee jubebat.

Caput 7. *Frugemque.*

Frugis Eliseus cumulum fore præmemoravit
Samarie, quam vir bis binus significavit
Leprotus: solvens Syrus obsidium (b) fugitavit:
Duxque est contritus, qui credere vera negavit.

Caput 8. *Recepit.**

Arva (c) famem recipit post septennem (d) Sa-
namitis:

Mors Benadad veniet: reget Hazaël & male mitis:
Pet

(a) Regis sui, quæ Regi Israël patefecit. (b) omnibus
præ timore relictis. (c) ab Eliseo prædictam. (d) quæ Elisei
sei consilio peregrinata erat,

Per (a) Joram miserè vos Gens Idumæa peritis:
Regnat (b) Ochozias animis tandem malefidis.

Caput 9. Comeditur.

Jehu est Rex: & Achab genus huic quia perde-
re fatur

Divus, (c) Ochozias per eum, Joramque necatur:
Jezabel à canibus de alto dejecta voratur,
Ut vox, Elias quam prædixit, repleatur.

Caput 10. Stirpem.

Jehu Achab sobolum fit, Ochoziadumque ne-
cator,

Stirpis Achab casor, cunctique (d) Popæ trucidator:
Tum cremat & statuas; sed ut est vituli venerator,
Hazaël Israëlem ferit: est (e) Joachaz dominator.

Caput 11. Joas salvus.

Athalia, ut Gnatus moritur, cœpit (f) jugulare
Omne genus Regis; Joam nequit at trucidare.
Hancq̄ neci tradi mox Jojada jussit amaræ:
Bâl perit (in Juda dum (g) Joas regnat) & aræ.

Caput 12. Reparari. *

Æra Joas tribuit, quæis templi sarta struantur
Tecta: dein Solymam capturo (h) dona dicantur
Hazaëli: Joæ per servos membra secantur:
Et sic (i) Amasiæ regni moderamina dantur.

(a) Rege Juda, & filium Achab regis Itraël. (b) filius
Joram Regis Juda. (c) Rex Juda. (d) quos callidè convoca-
verat. (e) filius Jehu. (f) & regnare. (g) filius Ochoziæ
regis Juda. (h) omnes scil, templi & palatii thesauri. (i)
filius Joas, Regis Juda.

Caput 13. *Dat vitam.*

De Syriis (a) Joachaz, Rex Israël, est relevatus,
 Quò moriente (b) Joas regit, & Syrus est superatus
 Ter per eum, prout est Eliseus id antè profatus,
In cujus tumulo fuerat vir vivificatus.

Caput 14. *Vindex patris.*

(c) Amasias patris necis ultor Edom feriebat;
 Huncque (d) Joas cepit, Solymam qui diripiebat;
 Et (e) Jerob' Israëlem, (f) Zacharias deinde re-
 gebat:

(g) Azariasque Judam post (h) Amasian retinebat.

Caput 15. *Joathanque.*

In Juda (i) Joathan post Azariam dominatur:
 Israëlis Sellum Rex, Zachariasque notatur,
 Tum Manahem, Phaceja, (k) Phacè, dein Ose
 creatur:

Post Joathan (l) Achaz ad Judæ scepra vocatur.

Caput 16. *Sacravit.**

Idolis Achaz Natum super igne sacrabat,
 Quem contra Reges Israël, Syriæque juvabat
 (m) Assyrius: (n) statuis Achaz tandemque; litabat
 Istius in placitum: thronus (o) Ezechiamque; beabat.

(a) conversus ad Dominum. (b) filius Joachaz regis Israël. (c) Rex Juda, filius Joas. (d) Rex Israël. (e) filius Joas regis Isr. (f) fil. Jerob. (g) fil. Amasiaz Reg. Judæ. (h) à suis occisum. (i) filius Azariæ leprosi. (k) cujus tempore Theglathphalasar devictam magnam partem Israë-
 ritarum transtulit in Assyrios. (l) fil. Joathan. (m) mune-
 libus invitatus, (n) Assyriorum, (o) fil. pium Achaz.

Caput 17. *Ex patria.*

Duxit ad Assyrios Israëlem (namque negavit Pensum) Salmanasar; sed & (a) Assyrios leo stravit, Quando Samariam pergunt: illucque meavit
(b) Presbyter: hinc populus Divo, statuisq; vacavit.

Caput 18. *Frangit.*

Dum nemus Ezechias, & (c) serpentis signaq; fregit,
Cædit Edom; sed (d) eum nummos tribuisse coëgit
(e) Assyrius Solymã cingens: in eum & probra legit
Rabsaces, etiam qui contra Numen id egit.

Caput 19. *Necat.*

Dum sunt Ezechias Rex, Isaiasque precati,
Aligeri manibus sunt (f) Assyrii trucidati:
In templum Nesroch ipsi ferventer amati
Fugit Sennacherib, quem mox cædunt ibi Nati.

Caput 20. *Addideratque.*

(g) Ezechiaë Vates Isaias funera fatur;
Fit tamen is sanus, quin & tria lustra lucratur:
Dum monstrat gazas, Isaias vaticinatur
In Babylone jugum: tum (h) Manasses dominatur.

Caput 21. *Manassis.**

Crimina Manassis quoniam permagna fuere,
Judam cum Solymis ait Omnipotens abolere:

(a) cultum Dei ignorantes. (b) Israëliticus. (c) à Moyse facti. (d) Assyriis rebellantem. (e) qui etiam civitates Juda expugnat. (f) num. 185000. (g) ægrotanti. (h) imp. fil. Ezechiaë.

Regnat (a) Amon, vitam cui servi dum rapuere,
In Juda (b) Josias coepit bene regna tenere.

Caput 22. Fortè invenerunt.

Josias cultum novat, & templi quoque murum,
Cui inventa metum fecere volumina durum:

Cum liquere Deum summum, docet Holda futurum
Grande malum, Regem placidè prius at moriturum.

Caput 23. Legit.

Leetâ lege facit Josias cum Numine fœdus:

Excidit lucos: celebrat sacra Paschata lætus:
Cœditur: & (c) Joachaz Pharao feritate repletus
Aufert: dat multam (d) Joakim moderamine fretus.

Caput 24. Servit quoque.

Nabuchodonosori servum Joakimus agebat:

Latrones patitur: (e) Joachim post regna tenebat
Quem dum cum Solymæ Babylonem (f) plebe fe-
rebat

Nabuch', Matthaniam simul illi substituebat.

Caput 25. Cincta. *

Dum cingit Solymam, (g) Babylonem qui moderatur:

Aufert (h) Sedecian, & proles cuncta necatur:
Templa, domusque flagrant: & (i) Godolias dom-
minatur:

Ismaël hunc perimit: Joachim tum (k) magnificatur.

(a) imp. fil. Manassis. (b) pius fil. Amon. (c) succedens patri suo Josiæ. (d) à Rege Pharaone pro Joachaz rex constitutus, & sic nominatus, cum prius Eliacim vocaretur. (e) filius Joakim. (f) & cum thesauris templi ac domus regni. (g) Nabuchodonosor, (h) excæcatus, cum quo etiam reliquum populum abducit. (i) à Nabuch. institutus. (k) in captivitate à Rege Babylonis.

Na non magnam affert
clavital Domo reges conregna-
berint. Roboam duas tantum
Tribus successores Roboami re-
ges Iud

AEL.

- 1. Rob
Jero 12. 20. (r. an. 22.)
- 2. Abia
an
3. 14. 20. (ad secun
28. (r. an. 24.)
(r. an. 2.)
- 3. Asa qui cum occ. & regn.
Baasa 7.)
el à populo locò Zam-
-mptus. 3. Reg. 16. 16.
28. (r. an. 22.)
- 4. Iosaf
22. 4. (ut prorex à
- 5. Jora
el Reg. 3. 1. (r. an. 12.)
- 6. Ocho
tic
- 7. Athan
cu 4. Reg. 9. 6. (r.
- 8. Ios.
& 35. (r. an. 17.)
- 9. Ama
Is 13. 9. (r. an. 16.)
- 10. Ozias.

{ 12
14
15
16
17
18
19
chi
Sal
CA
gn

Nacuit huc inserere presentem Catalogum, qui legenti libros Regum & Paralipomenon magnam affert claritatem: & tali schemate proponitur, ut facile appareat, qui sibi ex utraque Iuda & Israël Domo reges conregnauerint. Notandum igitur est, quod post Regem Salomonem scissum fit regnum sub Roboam, ita, ut Roboam duas tantum Tribus, Iudam scilicet & Benjamsin, retinuerit, Ieroboam vero decem reliquis imperaverit: unde successores Roboami reges Iuda, Ieroboami reges Israël dicti sunt.

REGES JUDA.

- 1. *Roboam*, filius Salomonis. 3. Reg. 11. 7. 43. tempore Jeroboam. (regnavit annis 17.)
- 2. *Abia*, fil. Roboam. 3. Reg. 14. 31. temp. Jeroboam. (r. an. 3.)
- 3. *Afa*, fil. Abia. 3. Reg. 15. 8. temp. Jeroboam, Nadab, Baasa, Ela, Zambri, Amri, & Achab, (r. an. 41.)
- 4. *Josaphat*, fil. Afa. 3. Reg. 22. 41. temp. Achab, Ochoziæ, & Joram. (r. an. 25.)
- 5. *Joram*, fil. Josaphat. 3. Reg. 22. 51. temp. Jorami Israëliti. (r. an. 8.)
- 6. *Ochozias*, fil. Joram. 4. Reg. 8. 24. temp. Jorami Israëliti. (cum patre r. an. 1. solus quoque an. 1.)
- 7. *Atthalia*, mater Ochoziæ, quæ filio mortuo regnum occupat. 4. Reg. 11. temp. Jehu. (r. an. 6.)
- 8. *Joas*, fil. Ochoziæ. 4. Reg. 11. 12. temp. Jehu, Joachaz, & Joasi Israëliti. (r. an. 40.)
- 9. *Amasias*, fil. Joas regis Juda. 4. Reg. 14. 1. temp. Joasi Israëliti. (r. an. 29.)

REGES ISRAEL.

- 1. *Ieroboam*, fil. Nabat. 3. Reg. 12. 20. (r. an. 22.)
- 2. *Nadab*, fil. Ieroboam. 3. Reg. 14. 20. (ad secundum an. pervenit.)
- 3. *Baasa*, fil. Ahizæ. 3. Reg. 15. 28. (r. an. 24.)
- 4. *Ela*, fil. Baasa. 3. Reg. 16. 6. (r. an. 2.)
- 5. *Zambri*, servus ipsius Ela, qui cum occ. & regn. 3. Reg. 16. 10. (r. diebus 7.)
- 6. *Amri*, princeps militiæ Israël à populo loco Zambri rebellis in regem assumptus. 3. Reg. 16. 16. (r. an. 12.)
- 7. *Achab*, fil. Amri. 3. Reg. 16. 28. (r. an. 22.)
- 8. *Ochozias*, fil. Achab. 3. Reg. 22. 4. (ut prorex à patre constitutus r. an. 2.)
- 9. *Joram*, alter fil. Achab. 4. Reg. 3. 1. (r. an. 12.)
- 10. *Jehu*, fil. Josaphat filii Namfi. 4. Reg. 9. 6. (r. an. 28.)
- Joachaz*, fil. Jehu. 4. Reg. 11. 35. (r. an. 17.)
- 12. *Joas*, fil. Joachaz. 4. Reg. 13. 9. (r. an. 16.)

10. *Ozias*.

REGES JUDA.

10. *Ozias*, five *Azarias*. fil. *Amasæ*. 4. Reg. 15. 1. temp. *Jeroboami II*, *Zachariæ*, *Sellum*, *Manahem*, & *Phacejæ*. }
(r. an. 52.)

11. *Ioathan*. fil. *Oziæ*, five *Azariæ*. 4. Reg. 15. 7. temp. *Phaceæ*. (r. an. 16. in Jeru. & aliàs fit mentio de 20. annorum regimine. 4. Reg. 15. 30.)

12. *Achaz*. fil. *Joathan*. 4. Reg. 15. 38. temp. *Phaceæ*. }
(r. an. 16.)

13. *Ezechias*. fil. *Achaz*. 4. Reg. 18. 1. circa finem regni *Phaceæ*, & temp. *Oseæ*. (r. an. 29.)

14. *Manasses*. fil. *Ezechia*. 4. Reg. 20. 21. (r. an. 55.)

15. *Amon*. fil. *Manassis*. 4. Reg. 21. 18. (r. an. 2.)

16. *Josias*. fil. *Amon*. 4. Reg. 21. 26. (r. an. 31.)

17. *Ioachaz*. fil. *Josia*. 4. Reg. 23. 30. (r. mens. 3.)

18. *Eliacim*, vel *Ioachim*, alter fil. *Josia*, quem *Necho* locò *Joachaz* à populo assumpti post 3. menses in regem constituit, & *Joachim* nominat. 3. Reg. 23. 34. (r. an. 11.)

Hujus tempore venit *Nabuchodonosor*, & duxit eum in *Babylonem*, ut habetur 2. Paral. 36. Et inde INCIPIT CAPTIVITAS BABYLONICA LXX. ANNORUM.

19. *Ioachim*. fil. *Joachim*, five *Eliacim*. 4. Reg. 24. 6. qui & *Jechonias* dicitur *Jerem.* 22. 24. (r. mens. 3. dieb. 10.)

20. *Mattanias*, seu *Sedecias*, patruus *Joachim*, à *Nabuchodonosor* locò *Joachim* in captivitatem ducti constitutus, & *Sedecias* appellatus. 4. Reg. 24. 17. (r. an. 11.)

REGES ISRAEL.

13. *Jeroboam II*. fil. *Joas* regis *Israëlitici*. 4. Reg. 13. 13. (cum patre regn. an. 15. solus post mortem patris an. 41.)

14. *Zacharias*. fil. *Jeroboam*. 4. Reg. 14. 29. (r. mens. 6.)

15. *Sellum*. fil. *Jabes*, hic conjurans cont. *Zach.* eum occidit, & pro eo regnavit. 4. Reg. 15. 10. (mens. 1.)

16. *Manahem*. fil. *Gadi*, qui *Sellum* occ. & pro eo regn. 4. Reg. 15. 14. (r. mens. 11. inter contentiones, deinde pacificè r. an. 10.)

17. *Phacejâ*. fil. *Manahem*. 4. Reg. 15. 22. (r. an. 2.)

18. *Phacee*. fil. *Romelia*, qui contra *Phacejam* conjuravit, & pro eo occiso regn. 4. Reg. 15. 25. (r. an. 20.)

19. *Osee*. fil. *Ela*, qui similiter cont. *Phaceam* conjuravit, & pro eo percussio regn. 4. Reg. 15. 30. (creditur regnâsse an. 12.)

Annò nonò hujus *Oseæ* regis *Juda*, & sextò *Ezechia* regis *Israël*, sub finem anni tertii obsidionis *Salmanasar* *Samariam* capit, & DECEM TRIBUS IN CAPTIVITATEM abducit. Atque ita finitur regnum *Israël*.

REGES ISRAEL.

1. *Ieroboam* II. fil. Joas regis Israëlitici, 4. Reg. 13. 13. (cum patre regn. an. 15, solus post mortem patris an. 41.)

2. *Zacharias*. fil. Jeroboã. 4. Reg. 14. 29. (r. mens. 6.)

3. *Sellum*. fil. Jabes, hic conjurans cont. Zach. eum occidit, & pro eo regnavit. 4. Reg. 15. 10. (mens. 1.)

4. *Manahem*. fil. Gadi, qui Sellum occ. & pro eo regn. 4. Reg. 15. 14. (r. mens. 11. inter contentiones, deinde pacificè r. an. 10.)

5. *Phaceja*. fil. Manahem. 4. Reg. 15. 22. (r. an. 2.)

6. *Phacee*. fil. Romeliæ, qui contra Phacejam conjuravit, & pro eo occiso regn. 4. Reg. 15. 25. (r. an. 20.)

7. *Osee*. fil. Ela, qui similiter cont. Phaceam conjuravit, & pro eo percusso regn. 4. Reg. 15. 30. (creditur regnâsse an. 12.)

Annò nonò hujus Osee regis Juda, & sextò Eze-
æ regis Israël, sub finem anni tertii obsidionis
manasar Samariam capit, & DECEM TRIBUS IN
PTIVITATEM abducit, Atque ita finitur re-
am Israël.

LIBER I. PARALIPOMENON.

Argumentum.

Liber Primus Paralipomenon proponit Genealogiam ab Adam usque ad David, & utriusque stirpis atque intermediarum dinumerationem: mortem Saul, & Davidis electionem ac gubernationem: repentinum Ozæ interitum, & David ante arcam saltationem: prophetiam de templo adificando, contumeliam Hanon Regis Ammonitarum in servos David, numerationem populi jussu David factam, ac impensas pro templi constructione preparatas: ministracionem denique Sacerdotum per sortes & vices suas, Cantorum & Janitorum officia, ac Salomonis unctiōem in regem. Et habet Capita 29.

PAR. PRIOR.

Caput 1. Adamus.

Hic legito, qui sint ad Abrami tempora nati
Ex Adam: & qui sint ab Abram, vel Esaū generati:
Quivē Duces fuerint in Edom, Regesque creati,
Israëlem donec Reges essent moderati.

Caput 2. Judas.

Cæperat ista loqui de magno pagina Juda,
Usque Satos Isai (patris David) estque locuta,
Quæ

Quæ neque de longo fratrum fuit agmine muta;
Hinc quoque, quæ fuerit soror illis nata, voluta;

Caput 3. David.

Ad caput hocce tuam lector bone vertito mentē,
Davidis augustam si vis ediscere gentem:
Hic illam cernes Judæ reges tribuentem,
Et multos ipsi Natos, Natasque, ferentem.

Caput 4. Simeonque.*

Rursum gens Judæ, Simeonis item referuntur;
Quas habitaverunt, urbes simul adjiciuntur:
Per Simeone satos Chami proles perimuntur,
Et gentes Amalec per eosdem percutiuntur.

Caput 5. Bellacesque Ruben.

Hic est ordo Ruben, Gad, Manassisque Satorum:
Quivè peremerunt Agarenum, dantur eorum.
Sedes: hosque Greges rapuerunt Assyriorum,
Falsorum quoniam cultum tenuere Deorum.

Caput 6. Levi.

Hinc lege, quas mundo Levi proles tribuebat,
Ex quæis Cantores David, & servos faciebat:
Quæ gens Aâronis: quasvè urbes quisquis habebat:
Oppida confugii quæ Divus constituebat.

Caput 7. Aser.

Hanc supra chartam lector tua lumina flecte,
Edocet Issachar natos, & Benjamin hæc te:
Nephtalis & proles sunt, Manassitque resectæ:
Hinc Ephraim dices & Aser quoque pignora recte.

Caput 8. Benjamin ædes.*

Si de Benjaminio plus est votum tibi nôsse,
Hic datur illius soboles evolvere posse:
Et qui sint orti regali Saûlis ab osse:
Isti quæ tandem liquerunt pignora post se.

Caput 9. Cives primi.

Qui primi fuerint cives ex Israëlitis
In Solyma, verbis hæc dicit pagina fidis:
Et dat sermonem de Mystis atque Levitis,
Ac de Saûle suis cum prolibus hic repetitis.

Caput 10. Abicit.

Ante Deum varia Saûlem noxæ reprobârunt,
Quem simul, & Natos Philistæi trucidârunt,
Illiusque caput Dagonis in æde locârunt;
Membra viri Jabes cum Natis sed tumulârunt.

Caput 11. Liniunt.

Unctus rex David, dum plebs Jebusæa fugatur,
In Solymis habitat, generosis atque beatur
Militibus, quorum caput hoc magnalia fatur:
Quam non potat aquam David, hæc tibi Dive litatur,

Caput 12. Junguntur.

Quis fuerit partem David aquâ mente secutus,
A facie Saûlis dum fugit non bene tutus:
Quisvé Tribu de omni veniens sit tale locutus,
Ut rex Israëlitis sit in Hebron ille statutus.

Caput 13. *Et Oza.* *

Portat ab Abinadab David (a) arcam prodigiola
 Ex Cariathiarim, pro qua quia mors ferit Ozam,
 Ducit ad Obededom, veluti jam suspiciosam,
 Cujus fortunam domui dedit hæc numerosam.

Caput 14. *Dat lignum.*

Artifices Hiram cum lignis suppeditavit,
 Ut struxisse queat sibi Rex habitacula David,
 Qui Sponsas alias ducens multos generavit:
 Bisque Philistæos consultô Numine stravit.

Caput 15. *Saltans.*

(b) Linea tecta struunt: arcam pompâ comitante
 Ducunt in Solymam, sua Levitâ celebrante
 Munia cum Mystis, parviqûe Michol reputante
 Regem, dum zelô penes arcam saltat ovante.

Caput 16. *Inducunt.* †

Arca Tabernâclum subit, & sacra perficiuntur:
 A David ut plebs est benedicta, dapes capiuntur:
 Munia Levitæ penes arcam constituuntur:
 Cantatæqûe Dei laudes interjiciuntur.

Caput 17. *Proposuitqûe.* *

David Tecta Deo dum proponit fabricare,
 Spondetur Natus, qui debeat illa parare:
 Hinc Domino David cœpit grates recitare,
 Exhibitamqûe sibi bonitatem magnificare.

(a) quam omnis Israël comitabatur, (b) pro arca Dei.

Caput 18. *Est victor.*

Prælia si forsàn Davidis cognoscere mallets,
 Illius hinc palmas disces etiam speciales:
 Tum videas, redivus Gentes sibi pendere quales
 Fecerit: & veniunt ejus deùm officiales.

Caput 19. *Solans.*

Rex Ammonis (Hanon) quando patrem tumu-
 lavit,

Missò per servos David hunc solamine pavit,
 Quos quia confudit, citò movit prælia David,
 Cumque suis illum Syriis faustè superavit.

Caput 20. *Ammonitas.*

Hic dantur pugnae Davidem bene nobilitantes,
 Dum vicit populos Ammonis ad arma volantes,
 Atque Philistæos sua prælia sæpè novantes,
 In quibus & pugnis miri cecidère gigantes.

Caput 21. *Numeravit.**

Offendens Divum David, ut populum numeravit,
 Ex tribus elegit pestem, quæ multa necavit
 Millia; sed placat, precibus dum sollicitavit,
 Atque aram ponens apud Ornan sacrificavit.

Caput 22. *Ferrum, aurumque.*

Omne parat David, quod opus scit ad edificandum:
 Committit templum Salomoni tum fabricandum,
 Cui Divum pariter mandat constanter amandum,
 Hortaturque Duces ad ei deùm auxiliandum.

Ca-

Caput 23. *Senex.*

Ad senium David quando jam perveniebat,
 In regem pro se Salomonem constituebat:
 Munia Levitis numeratis tum tribuebat,
 Quæis etiam Moysis Natos addi faciebat.

Caput 24. *Pro servitio.*

Octo ter his pro servitio classes numeravit
 David, quos Eleazarus ac Ithamar generavit:
 Levitas etiam reliquos caput hocce notavit:
 Sorteque divisas horum proles memoravit.

Caput 25. *Citharædi.**

Gentis, & ex Afaph, & Heman, ac Idithun ortæ
 Fit quater in senam classem divisio sorte,
Ut pulsent citharas, dentque æquò cantica corde,
 Cymbalicæque gerant pulsandæ munia chordæ.

Caput 26. *Gestant excubias.*

Jam de custodum, qui stant ad limina, classe
Audi, quos clarè chartæ sunt hæ tibi factæ:
 Ad quam quis vigilet portam: & custos quoq; Gazæ
 Prodit: pro sacro stat custos postea vase.

Caput 27. *Præfecti.*

Ter quater ista Duces (inter quos quisq; regebat
 Sex in mense quater millenos) charta legebat:
Præfectos Tribuum, gazæq; dein referebat,
 Præpositosque rei cunctæ, quam David habebat.

Caput 28. *Formaque.*

Cuncta parans David pro Numinis æde struneda
 Cum Salomone Duces vocat ad sua suscipienda
 Ver

Verba, quibus mandat Divi præcepta tenenda,
Formaq̄, præscribit, Templi quæ sit facienda.

Caput 29. Donant. *

Æs dat pro Templo David, (a) reliquæ dederunt
 Munus: & (b) oravit David: iacra facta fuerunt:
 Proque suo rursus Salomonem patre liverunt:
 Faraque post denos quater annos hunc rapuerunt.

(a) Principes ac populi. (b) pro Salomone & populo:
 ubi etiam Dominum benedixit.

LIBER II. PARALIPOMENON.

Argumentum.

[Liber Secundus Paralipomenon agit de Templo
 à Salomone ædificato, & igne è calo super
 holocausta cadente: de Regina Saba in Jerusalem
 adventu, Roboam juvenum consilium secuti im-
 prudentia, & Achab per spiritum mendacem Pro-
 phetarum deceptione: de Joas item Regis Juda
 à Jojada Pontifice constitutione in regnum, Za-
 chariæ filii Jojadræ indigna lapidatione, & Oziæ
 Regis lepra à Deo immissa: & Ezechiæ morbo,
 ejusdemque vitæ prolongatione: de Manassis de-
 nique Regis pessimi morte, & translatione
 populi Juda in Babylonem. Et habet Capi-
 ta. 36.

PAR. POSTREMUS.

Caput 1. *Adest.*

Dum mille in Gabaon Salomon holocausta litavit
Dat Deus apparens doctrinam, quam rogitavit,
 Cui cum divitiis se gloria confociavit:
 Et currus tandem Salomon, equitesque gregavit.

Caput 2. *Mittit.*

Pro Templo ponens Salomon homines fabricando
Mittit ad Hiramum servos, illum rogitando,
 Ut juvet, artificem doctum sibi suppeditando,
 Cum quo de ligno quoque convenit ille secando.

Caput 3. *Fundamen.*

Pagina lectori totum dabit ista videre,
Quale Dei Templo fundamentum posuere:
 Porticus & velum quâ formâ præmicuere,
 Et basis ante fores quòd bina refulserit ære.

Caput 4. *Et Ara.**

Ara librò nobis hòc aenea commemoratur:
 Tum mare cum conchis, candelabrisque notatur
 Mensas deinde decem, centum phialasque profatur
 Et quidquid tandem Templum decorat, recitatur.

Caput 5. *Bina tabella.*

In Templum Salomon fert omnia vasa sacrata:
 Libant: in Sanctum Sanctorum est arca relata;
Quòd fuit & Moysis deïn bina tabella locata:
 Gloria tum Divi complet Templum cumulata.

Caput 6. *Orat.*

Rex Salomon populo benedixerat in prece stanti
 Obque repleta dedit grates promissa Tonanti,

Cui coram populo fuit hæc vox deinde precanti,
Aures ut structa det Divus in Æde roganti.

Caput 7. Comederat.

Flamma holocausta vorat : Majestas Templo decorat :

Rex litat, atque dicat : sic septem Numen honorat
Lucibus : octavâ collecta est : seque soporat,
Et tunc pandit ei Deus exaudisse, quod orat.

Caput 8. Oppida.

Oppida dum condens sub dura tributa trahebat
Rex gentes Salomon, holocausta Deo faciebat :
Ut pater instituit, sacra munia distribuebat :
Aurum dein illi ratis ex ophir revehebat.

Caput 9. Saba.*

Fert Regina Saba donum Regi Sapienti,
Cui aurum menses quoque dant : patet inde legenti
Telum, (a) vas, scutum, solium, doctrina, regendi
Majestas, (b) Roboam cui succedit morienti.

Caput 10. Contemnit.

Amens consilio Roboam spreto Seniorum,
Esse sequi melius reputans mentem juniorum,
In duo regna secat : factus sic ipse duorum,
Jeroboam verò denorum Rex populorum.

Caput 11. Sponsas.

Armis vult patrium Roboam regnum reparare ;
Sed per Semeiam prohibetur (c) belligerare :

(a) convivii, (b) fil. Salomonis. (c) contra Iſr.

Urbes ædificat: quos & Jerob' abjicit aræ
 Servos, hic recipit: (a) Sponsas cæpitq; gregare.

Caput 12. Spoliat.

Cum populo Judæ Roboam peccata patrabat,
 (b) Urbibus hinc captis Sefac Solymam spoliabat
 Gazis ac scutis; sed is altera mox fabricabat:
 (c) Abia regnabat, Roboam dum ex orbe migrabat.

Caput 13. Ne pugnet.

Abia Jeroboæ contrapergens memoravit,
 Ne pugnet contra, quia quem Divum reprobavit,
 Hunc habet ipse ducem: (d) sperans ergo (e) su-
 peravit,

Et multos nuptis ex bis septem generavit.

Caput 14. Et Afa. *

Est (f) Afa post Abiam rex: hunc nemo quia lædit
 Bellis, mox zelum contra statuæ nemus edit:
 Oppida tum Judæ condit, munitaque reddit:
 Zaramque, Æthyopum Regem, cum Numine cædit.

Caput 15. Dejicit.

Numinis Azarias Israëli verba perorat,
 Absque Deo quod erunt: Afa purgarique laborat
 Oppida de statuis: dejectâ matreque durat
 In pietate sua: plebs Divo vivere jurat.

Caput 16. In nervum.

Adversus Bâsan Regem vocat Afa Syrorum:
 Hanani dicens opus hoc non esse decorum

(a) & concubinas. (b) Juda. (c) fil. Roboam, (d) in Uco,
 (e) diversas capiens civitates. (f) fil. Abia,

Mittitur in nervum: tactusque dolore suorum
Afa pedum moritur, fidens arti medicorum.

Caput 17. *Josaphatque.*

Post Asam regnat (a) *Josaphat*, proles pia verè,
Qui nimis ense potens, nimium quoque dives in ære,
Mittit doctores Judæ genus omne docere:
Militis atque Ducum numerum datur inde videre.

Caput 18. *In carcere.*

Achab cum *Josaphat* contra *Ramath* ire notatur,
Pseudoprophetarum queis Grex bona vaticinatur:
Carcere *Michæam* ponunt, quia non ita fatur;
Ast Achab in bellis, ut dixerat iste, necatur.

Caput 19. *Mystas.* *

Dum *Josaphat* (reducem quem *Jehu* ex *Marte*
dolendo

Carpit ob (b) *Achabum*) de justo ritè tenendo
Tradit *Judicibus* monitum, dein pro peragendo
Dat *Mystas* sacro cultu, populoque docendo.

Caput 20. *Et Spolium.*

Ammon cum *Moab* surgit, *Syriæ*que tribunis;
Tu legis at *Josaphat* spoliū (quia te (c) prece munis)
Dum se illi cedunt: & *Ochoziæ* simul unis
Te pactis: at tu Deus hæc mala fœdera punis.

Caput 21. *Ac Joram.*

Post *Josaphat* (d) *Joram* regnans fratres perime-
bat,

Atque Duces Judæ pariter morti tribuebat,

(a) pius fil. Afa. (b) cui auxilium præstitit. (c) & jejuniis,
(d) imp. fil. *Josaphat*.

Littera cui Eliæ morbum, mortemque legebat,
Interitumque soli, quod totum mox veniebat.

Caput 22. *Servat.*

Jebu Ochozian Regem Judæ feriebat
Cum Joram, solis Israël qui residebat:
Regales Natos Athalia tum perimebat;
Sed de morte Joam minimum Josabeth rapiebat.

Caput 23. *Liniturque.*

Jojada dat Joam (ut Jude præforet) ungi:
Athaliaque neci jubet idem Jojada jungi:
Et curans cunctos bene Divi munere fungi,
Bâl fanum, statuas, arasque dat urbe repungi.

Caput 24. *Novatque* *

Jojada dum vivit, Joas vult templa novari,
Ast ut obit, Natum Zachariam dat trucidari:
A Syriisque Judam mox cum Solyma spoliari
Contigit, atque Joam per servos exanimari.

Caput 25. *Fit patris vindex.*

Fit rex (a) Amasias, patris hostes qui trucidavit,
Et coluit Divos Idumorum, dum superavit:
Rexque Joas Israël capit hunc, ut ad arma vocavit:
Dumque Joas Solymam rapit, in Lachis hunc mu-
cro stravit.

Caput 26. *Leprosus.*

Quam pius (b) Ozias sit, lector jam modò cernat,
Quodvè Philistæos, Arabes, & postea sternat

(a) filius Joas. (b) fil. Amasie.

Ammonem, atque Urbes struat; at fors dum bona
vernatur,

Thura dat, & lepram recipit: (a) Joathanque gubernat.

Caput 27. Achazius.

Audi de celebri Joathani nunc pietate,
Ammonem magnâ qui vincit prosperitate,
Devictumque premit magnæ multæ gravitate,
Cujus Natus Achaz sevâ regit improbitate.

Caput 28. Auget. *

Judam (b) Gens (ob Achaz scelus) armis multa
prophanatur,

Israëlis vinclô qui Vate monente remanatur:

Achaz post plagas auget, non crimina sanat:

Ezechias pius est, ad quem dominatio tranatur.

Caput 29. Gaudenter.

Ezechias (c) reparatur studium Divi recolendi:

Mystras, Levitas, & quibus est cura canendi,

Restituit: tandem datur hostia Cunctipotenti:

Et sic sacrificant cum letitia vehementi.

Caput 30. Celebratur.

Ezechias Judam Rex, Israëlemque vocavit,

Orans ad Phasem celebrandum quos stimulavit:

Lucibus hoc igitur dum bis septem celebravit

Plebs festum gaudens, libamina multa litavit.

F 4

Ca-

(a) fil. Ozia. (b) Assyriorum & Israëlitarum; Idum, item
& Philist. (c) apertô templô.

Caput 31. *Confringunt.*

Lucos & statuas (a) confringunt Israëlita:
 Ordo ministerii Mystæ datur atque Levitæ:
 Horrea Rex faciens, statuit, qui munera ritè
 Dent Levi Natis pro conservamine vitæ.

Caput 32. *Assyriosque.* *

(b) Sennacherib Judam subit: Ezechiasq; profatur,
 Ut semper constans in Divo spes habeatur:
Agmen ab Aligero, Rex à Natis trucidatur:
(c) Ezechias effert se: (d) Manasses dominatur.

Caput 33. *Hospes carceris est.*

Ducitur ob crimen Manasses in Babylonem:
 Ast orans rediit: statuarum tum legionem
 Aufert: divini cultûsque novat rationem:
 Rex *(e) Amon hunc sequitur, (f) cæsum (g) Josias*
 sed Amonem.

Caput 34. *Legit.*

Josias lucos, idolaque singula frangit:
 Templa novat: dum lex reperitur, eum timor angit:
 Oldaque consulitur: populumque citatio tangit:
 Et fædus librò lectò cum Numine pangit.

Caput 35. *Libamina.*

Solenni Josias ritu libamen habebat,
 Septem per lucos dum Phase festa tenebat:

Quem
 (a) in Juda & Ephraim. (b) qui populum minis & bla-
 sphemis à Deo conatur avertere. (c) nimis felicitatus. (d)
 imp. fil. Ezechia, [e] imp. fil. Manassis. (f) à suis. (g) pius
 fil. Amon.

Quem plebs flet functum, dum Regi bella movebat
Ægypti; sed plùs Jeremias plebe dolebat.

Caput 36. *Ducti.* *

Ducitur Ægyptum (a) Joashaz, (b) Joakimque
regebat,

Cui casa fit Babylon: (c) Joachinque thronum ca-
piebat:

(d) Fertur & hic illuc, (e) Sedecias rexque sedebat:

(f) Ducitur hic etiam, sed Cyrus abire sinebat.

[a] fil. Josiæ. [b] à Rege Ægypti institutus, & sic ab eo
[priùs Eliacim] nominatus. [c] fil. Joakim. [d] à Rege
Assyr. unà cum vasis templi. [e] à Rege Ass. institutus. [f]
unà cum populo, templò ac Jerusalem incensis, dum rebel-
lisset Assyriis.

LIBER I. ESDRÆ.

Argumentum.

Primus Liber Esdræ reditum populi Juda ex
captivitate Babylonica mandante Cyrò obtentum,
readificationem Templi, & operis intermissionem
per amulos Judæorum procuratam, Aggæi & Zacha-
ria ad complendum opus inceptum exhortationem, &
Darii Regis Persarum ad id consensum, & comple-
mentum constructionis Templi recenset. Populi eti-
am de Babylone reducti ab Esdra factam instructio-
nem, nomina item & numerum, sicut & orationem
ejusdem Esdræ pro peccato populi, ac demum separa-
tionem Judæorum ab Uxoribus alienigenis complecti-
tur. **Et** habet Capita 10.

ESD. PRIOR.

Caput 1. *Abscedunt.*

Septuaginta annis Israël in compede sedit
 In Babylone; *Cyrò sed ab hinc mandante recedit,*
 Qui pariter Templi Salomonis (a) plurima reddit
 Vasa: domumque strui sanctam pro Numine cedit.

Caput 2. *Quot.*

Sub Duce Zorobabel, quem pavit plurima cædes,
Quot Babylone migrent Solymæas sumere sedes,
 Dona que quæ data sint, Divi reparatur ut *Ædes,*
 Ex isto certum te lector codice reddes.

Caput 3. *Et Ara.*

Convenit in Solymam populus, *fit & ara parata:*
 Libant que, & septem per lucas sunt celebrata
 Festa Tabernâcli: fundamina sunt que locata
 Templi: & plebs gaudens ac flens est vociferata.

Caput 4. *Vetant.*

Israëlis populum Gens Samariæ memoratur
 Impediisse, Domus ne Numinis, urbs que struatur,
 Hæc ab eo quoniam *simul adificare vetatur:*
 Annò Darii primò labor ergo negatur.

Caput 5. *Reparare.**

Cœpit ut Aggæus cum Zacharia stimulare,
Tecta Dei rursum pergebant adificare:
 Idque Duces illi frustra studuere vetare,
 Queis Rex Assyrius dedit hoc in munere stare.

[a] num. 5400.

Caput 6. *Bulla Cyri.*

De Templo Darius (a) decreta Cyri solidavit,
Complerique jubens, sumptum quoq; suppeditavit:
Annò perfectum sextò Darii ergo dicavit
Turba litans, Phase septemque dies celebravit.

Caput 7. *Legitur.*

Esdras Scriba venit Solymam sociis comitatus,
Regis & edictò fretus, donisque gravatus,
Ut fieret doctor, rectorque: *fuit recitatus*
Dein tenor edicti, quò Rex est gratificatus.

Caput 8. *Veniunt.*

Dicuntur, cum Esdra, qui de Babylone migrârunt,
Quò jejunantes mandante viam rogitarunt
Felicem: *Solymam feliciter ergo meârunt:*
Vasaque libantes in Templo adducta locârunt.

Caput 9. *Mixta.*

Esdras percipiens hæc nuncia corde stupente,
Gens quòd Hebraa facit sua cum connubia Gente,
Scissâ veste fatens populi scelus, atque cadente
Poplite, demissè coram gemit Omnipotente.

Caput 10. *Abjicienda.**

Dicit ad accitos Esdras, ut *projiciantur*
sponse alienigenæ, qui se parere profantur:
Huic operi tandem qui præsint, enumerantur,
Et qui in conjugio tali fuerint, memorantur.

LI-

[a] in bibliotheca sua inventa.

LIBER NEHEMIÆ,

dictus

ESDRÆ SECUNDUS.

Argumentum.

Secundus Esdræ Liber exponit Nebemiæ à Rege Artaxerxe ad visitandam, & reedificandam Jerusalem profectioem: portarum quoque, & muri urbis cum gravi adversariorum insultu adificationem: lectioem libri legis ab Esdra coram populo factam, delectioem decimæ partis bonorum ad usum rerum divinarum, & emundationem populi à consortio uxorum alienigenarum describit. Et habet Capita 13.

ESD. ALTER.

Caput 1. *Astat.*

Nehemias servit vini præbendo liquorem Artaxerxi, audit Judæorumque dolorem, Ob quod jejunans, lacrymæ fundit quoque rorem: Fansque scelus populi petit à te Dive favorem.

Caput 2. *Pergit.*

Nehemias Solymam (secum bona nuncia dante Rege) abiit, muros rogat & multum stimulante Voce strui: studio celerat sed & ipse juvante, Hoste labore super tali frustra stomachante.

Caput 3. *Reparatur.*

Per quos in Salymis fuerit structura coorta,
 Hos ut cognoscas, huc sint tua lumina torta :
 Per quos sit murus, turris, vel condita porta,
 Ex hinc illorum quoque nomina cuncta reporta.

Caput 4. *In armis. **

Dextera Judæi struit, & tenet altera ferrum
 Propter Tobiam, Sanaballatumque severum ;
 At completur opus : contra dicteria verum
 Nehemias rogitat prece Factorem quia rerum.

Caput 5. *Bolus abest.*

Orta ingente fame Nehemias corripiebat
Crimen avarorum, quibus & quæstum prohibebat :
 Sponteque pauperibus sua largè distribuebat :
 Et sic hanc operis remoram fidè removebat.

Caput 6. *Finis.*

Nehemiam vocitat Sanaballat fœdus habere,
 Cujus eum voces terrere nihil potuère ;
 Sed neque propositum mutare minæ valuère :
Murò finitimi completò contremuère.

Caput 7. *Custodes.*

Custodes Solyma statuit, populosque vocavit
 Nehemias : turbam liber inventus recitavit,
 Quæ primùm Solymam præter jumenta meavit :
 Utque struatur opus, plebs munera suppeditavit.

Caput 8. *Lectio.*

Esdras dum legem legit, plebs cuncta silebat,
 Nehemiæque pium plorans solamen habebat:
 Festa Tabernâcli septenis deinde tenebat
 Lucibus in ramis: Esdras legemque legebat.

Caput 9. *Saccos.* *

In saccis tristes jejunant Israëlita,
 Atque alienigenas removent: fanturque Levitæ
 Dona Dei plebis cum crimine: postea mite
 Orant ad Numen, faciunt & fœdera fidè.

Caput 10. *Consignant.*

Dicuntur, signum qui pactis apposuere,
 Quique sequi leges, alienigenasque cavere,
 Sabbaticosque annos, ac Sabbata Sancta tenere,
 Et dare primitias, decimas, sacra, constituere.

Caput 11. *Habitant.*

Qui Solymis habitent, de dena parte tulerunt
 Unam, ad quod quidam propriâ se sponte dederunt:
 Dein hi propositi chartâ præsentè fuerunt,
 Qui Solymam cives, Urbesque Judæ coluerunt.

Caput 12. *Mystarum.*

Mystæ ac Levitæ cum nomine munia dantur,
 Qui cum Zorobabel Solymam venisse notantur:
 Levitæ acciti veniunt, Solymæque dicantur
 Mænia: gazarum custodes tum numerantur.

Caput 13. Projiciuntur. *

Post leges alienigenæ lectas abiguntur:
 Pars data Levitisque fuit: Tobis abjiciuntur
 Vasa: luunt poenam, qui Sabbata transgrediuntur:
 Atque alienigenam ducentes corripuntur.



LIBER III ESDRÆ,

¶ Argumentum.

Argumentum.

TERTIUS Liber Esdræ repetit quædam alibi
 scripta circa captivitatem Babylonicam tempore
 Josiæ: quædam etiam, quæ contigerunt sub Zorobabel
 & Esdræ: interseritur quoque solutio cujusdam quæ-
 stionis de Rege, vino, muliere, & veritate. Et ha-
 bet Capita 9.

TERTIUS ESD.

Caput 1. Adolet sacra.

Dat Phase Josias, post quem Judææ dominatur
 Jechonias, Joacim, Joachinque: dein moderatur
 Sedecias: & eos (a) captivos esse notatur:
 Urbis & ipsius subversio commemoratur.

Caput 2. Pergunt.

Judæi Cyri regnis in compede stabant,
 Dimittente Cyrô tamen in patriam remeabant:

Hos

[a] propter sua scelera,

Hos Artaxerxes, quando Solymam reparabant,
Impedit, ut quidam nimis illos infimulabant.

Caput 3. *Vinaque.*

Dum cubuit Darius cænâ splendente peractâ,
Per tres Custodes fuerant problemata jacta,
Sitné merum, verum, Rex, vel mulier loca nacta
Prima: *priorq; fuit de vite probatio facta.*

Caput 4. *Verum.* *

A vero multum Rex & mulier superantur:
Vasaque per Darium retro sacra singula dantur:
Et jubet, Hebræis libertas, ac tribuantur
Expensæ, Solymæ quibus oppida sancta struantur.

Caput 5. *Binô annò.*

E vinclo salvi Babylonis dum potiuntur
Felici reditu, mox in numerum rediguntur:
Et per eos cultus divini restituuntur;
Annis à capto binis tamen impediuntur.

Caput 6. *Cæptum.*

Cæperat Hebræis Templum Solymæ fabricari,
Quod Dario faciens Sisennes significari,
Quæsit, an possint permitti plùs operari:
Et respondet eis Templum debere parari.

Caput 7. *Finitum.*

Est sancti tandem Templi structura parata
Tempore Darii Regis, pariterque dicata:
Et sicut jussit Moyses, est sacrificata:
Festaque, quæis nomen dant Azyma, sunt celebrata.
Ca-

Caput 8. *Scripta.*

Esdras in Solymam rediens Babylone ferebat Scriptum, quod bona dat, quæ Judæis tribuebat Rex Artaxerxes: (a) reduces quot: Mysta gerebat Auri tum curas: Esdrasque (b) dolere monebat.

Caput 9. *Abigendæ.**

Hic (c) alienigenæ, vates monet, abjiciantur, Quæis juncti Mystæ cum Levitis numerantur: Dein Esdræ legem volventis verba notantur, Ut sua quisque petat, lætiqûe dies peragantur.

(a) ex Bab. in Jeru. (b) quòd ab alienigenis se non sepârassent. (c) cum filiis.

LIBER IV. ESDRÆ,

Qui pariter Apocryphus dicitur.

Argumentum.

Quartus Liber Esdræ refert missionem Esdræ ad exprobrandam Judæorum ingratitude-
nem, curiosorum scrutatorum præsumptionem,
fructum orationis Justorum in hoc sæculo, vario-
rum in varia vitia lapsum, & Dei misericor-
diam: proponit item quasdam visiones & som-
nia super populi Judæorum liberatione, ac Tem-
pli in Jerusalem restauratione, vaticinia demum
de calamitatibus multis, & horrenda desolatio-

ne orbis universi in fine futura. Et habet Capita 16.

ULTIMUS ESD.

Caput 1. *Abeat.*

Mittit ad Hebræos Esdræ sacra jussio Vatem,
Ut grandem ipsorum proponens impietatem,
Exprobret ingratis doni multipliciter,
Per Divi quod eis est collatum bonitatem.

Caput 2. *Synagoga.*

Ad Synagogam omnem sub nomine matris habetur
Per Vatem verbum (quod Numinis esse fatetur,
Ad rectos pravis de moribus ut revocetur,
Quæ bona si faciet, felici sorte fruetur.

Caput 3. *Scelus.*

In cunctis (Adam quos protoparens generavit)
Se nimis impietas temeraria multiplicavit,
Hanc tamen uberius Gentilis turba patravit,
Cujus non unquam labor ullus fructificavit.

Caput 4. *Paritates.* *

Ne sit scrutator, deterres Angele Vatem,
Et proponis ei trinam post hoc paritatem,
Quæ pondus flammæ, tum venti stabilitatem,
Temporis & tandem das irrevocabilitatem.

Caput 5. *Blandum solamen.*

Iste notat codex Urielis talia gesta,
Signa quod hic Esdræ diversa facit manifesta,
Quæ quondam venient, ut sit post tempora mæssa
Spes bona captivis, & sint solamina festa.

Caput 6. *Novit.*

Novit cuncta Deus multarum notitiarum,
 Dum nondum existunt, qui causâ Terrigenarum
 Fecit, quæ gyrus terrarum continet harum:
 Et fines rerum considerat omnigenarum.

Caput 7. *Patiens.*

Non dabitur celò, si non patièrè, beari:
 Nuncquæ preces Justo profunt, nam nîl variari
 Post quit iudicium: varii variis onerari
 Se faciunt culpis; solet ast Numen miserari.

Caput 8. *Miserator.* *

Summus in hac vita solet esse Deus miserator
 Ob populum, legis qui Numinis est violator;
 Damnandus tamen est numerosus prævaricator,
 Optima justitiæ dum præmia sumet amator.

Caput 9. *Complures.*

Divi iudicium, ceu cætera facta sacrata,
 Quædam præcedent hóc codice signa notata:
Pars periens major fiet, quàm justificata:
 Apparet mulier Nati mortem lacrymata.

Caput 10. *Mulierque.*

Aliger ostendit Vari, quòd in hac muliere,
 Quam multo vidit lacrymarum rore madere,
 At deïn incepit magnò splendore nitere,
 Signati Solymæ luctus, splendorque fuère.

Caput 11. *Aquilam.*

In somnis Esdras Aquilam conspexit, habentem
 Alas bis senas, & tempora terna gerentem,

Atque suo mundum totum sub jure tenentem,
 Quam leo corripuit fastu vehemente tumentem.

Caput 12. *Mox notificavit.*

Esdras, quid signent tam grandia visa, rogavit
 Cui Uriel quæquæ celestis notificavit,
 Qui postquam partes Aquilæ prius enumeravit,
 Tum, leo quid signet, pariformiter enucleavit.

Caput 13. *Durus ventus.*

Viderat hic Esdras somnis iteratò sepultus
 Ventum, terrores qui fecerat atque tumultus:
 Cernit deïn hominis terrentis singula vultus:
 Et quid cuncta notent, dat sermo postea multus.

Caput 14. *Deque rubo.*

Dum sub quercu Esdras sedit, Deus adveniebat,
 Deq; rubo factus (veluti Moyfi faciebat)
 Hæc secreta, brevè quæ contingent, retegebat,
 Atque ipsum populo quædam dixisse jubebat.

Caput 15. *Plectet.*

Iussa Deus tribuit, legat ut præsagia Vates,
 Nil hominum cæcas metuens incredulitates,
 Quòd famis, atque mali cuncti mox asperitates
 Illis advenient ob factas impietates.

Caput 16. *Lacrymentur.* *

Horratur tandem finem faciendo Propheta,
 Ut populo fletus sint lumina rore repleta:
 Surget ad extremum quoniam vastatio fœda,
 Cùm sit gens omnis crimen committere sueta.





LIBER TOBIÆ.

Argumentum.

Liber Tobiaë multiplicem ejus virtutem, & imprimis opera misericordiæ, ac eleemosynas in proximos, fortuitam ejus cæcitatem, & salutaria monita filio tradita: sicut & comitatum Angeli Raphaëlis cum Tobia juniore, per quem & pecunia Gabelo mutuata recepta est, & Sara prius septem viris à dæmonio suffocatis nupta ipsi Tobiaë connubiò juncta est: restitutum denique patri visum, & gratiarum actiones Deo reditas enarrat. *Et habet Capita 14.*

T O B I.

Caput 1. *Amat.*

Est (a) Tobias vincetus, (b) Natum Divumque timere

Instruit: (c) est charus: libertatemque tenere
Cœpit, & ad vincetos solamina cum stipe ferre:
Mutua Gabelo dat: (d) mandat funera terræ.

Caput 2. *Et cæcus.*

Ulteriùs sepelit, fessusque domum redeundo
Stercore fit cæcus Tobias (quod fecit hirundo,)

G 3

A

[a] qui à lege Dei non recedit. [b] Tobiam. [c] Regi Salmanasar. [d] ob quod eum Sennacherib persecuitur.

A Nuptaque probò, sociisque gravatur abundò,
Ipsius ut pateat toti patientia mundo.

Caput 3. *Mortem cupiit.*

Orans ob nuptam Tobias petit exanimari:

Et (a) Sara jejunans orat, quia serva profari
Audet, quòd sponfos septem dedit illa necari.
Audit utrumque Deus: Raphaël venit auxiliari.

Caput 4. *Monuitque.* *

Dum Tobias morti jam proximus esse putavit,

Ad pia facta piis Natum monitis animavit:
Quævé stipsis sacræ sit virtus, deinde notavit,
Argentumque datum Gabelo significavit.

Caput 5. *Blandus adest sociis.*

Quæsit in Rages socium Tobias, & habebat:

Nam subito Raphaël ignotus ei veniebat,
Cuî ipsum genitor commendatum tribuebat:
Et dum pergebat, genitrix ipsum sua flebat.

Caput 6. *Piscis.*

Cor (b) piscis mandat Raphaël, & fel retinendum;
Proque Sara monuit Raguelem conveniendum,
Cuî septem tutudit dæmon Sponfos: documentum
Tum dat, conjugium quò more sit instituendum.

Caput 7. *Ducitque.*

In Sponsam Tobias Saram petit à Raguele,
Et dat, consilium dum suscipit à Raphaële:
Postquam scribuntur contractus ergo tabellæ,
Conjugium celebrant, Numen laudando fidele.

[a] Filia Raguele. [b] Tobiam invadentis, quem ut apprehendat, & exenteret, Raphaël Tobiam animavit.

Caput 8. *Cubabant.* *

It Tobis in thalamum: (a) jecur affat: Pluto ligatur:

Et sanus sana cum Sara nocte precatur:

(b) Fossam implent: grates dant: cœnant: gratificatur

Parte Boni Raguel; moriens dare singula fatur. r.

Caput 9. *Cuncta exsolvebat.*

Raphaëlem Tobias ad te Gabele meare

Orat, cui nummos dum non differs numerare,

Tunc ad conjugium Tobie debet properare:

A te deïn Tobie datur & benedictio Saræ.

Caput 10. *Plorabant.*

Ambo moram Tobie longam flevère parentes,

Quem simul & Sponsam mittunt ad iter, tribuentes

Divitias Raguel atque Anna, bonumque voventes,

Ac, ut amando virum rectè regat omne, monentes.

Caput 11. *Exhilarantur.* *

Raphaël, & Tobias remanente Sarâ præierunt:

Plaudit uterque parens, & visum restituerunt

Piscis felle patri: pariter gratesque dederunt:

Prandia tum septem veniente Sarâ tenuerunt.

Caput 12. *Dimidium obtulerat.*

Raphaëli Tobias in premia servitiorum

Offert dimidium, quæ sunt allata, bonorum:

Et Raphaël socium se prodens Aligerorum

Astra petit: laudant hi proni dona Polorum.

Caput 13. *Præsagit.*

Tobias Senior Divo pro dexteritate
 Dat grates, ad quod sunt & turbæ stimulatæ :
 Et mox de *Solyma* præsagia dat novitate,
 Ejusdemque brevè ventura prosperitate.

Caput 14. *Contumulatur.*

(a) Natum, plus sæclô Tobis ut moribundus habebat,

Virtutesque sequi, (b) Ninivenq; cavere monebat,
 Cui mala prædicens bona de Solymis referebat :
 Ad socerum reducem tum *Natum mors perimebat.*

[a] ac nepotes. [b] postquam parentes sepeliverit.

LIBER JUDITH.

Argumentum.

Liber Judith elationem Nabuchodonosor, & illi
 Holofernis Ducis ejus ad subjugandas
 exteras Nationes expeditionem, sicut & testi-
 monium Achior apud Holofernem de populo Ju-
 daorum, & obsidionem Bethulia enarrat. In-
 super probitatem Judithæ viduæ, egressum ejus
 ad castra Holofernis, & gratiam verborum in
 conspectu ejus: obruncationem demum Holofer-
 nis, & reditum incolumen Judith in urbem Be-
 thulia: Assyriorum quoque super morte Ducis
 Jusi

*sui consternationem atque profligationem, ipsius-
que Judith hymnum ad Deum continet. Et ha-
bet Capita 16.*

IN JUDITH.

Caput 1. *Arphaxad.*

*Extruit Ecbatanem Medorum Rex populorum,
Quem Nabuchodonosor vincit Rex Assyriorum:
Mittit Legatos jus poscens iste thronorum:
Datque minas, illis dum nîl præstatur honorum.*

Caput 2. *Holofernem.*

*Mittit Holofernem Nabuchodonosor numerosa
Cum turma contra terras, loca qui populosa
Sævius expugnat, bona diripit ac pretiosa:
Et terret cunctos vastatio tam furiosa.*

Caput 3. *Solus.*

*Omnis Holoferni se dedit Dux populorum,
Auxiliatores ex quæis facit ille suorum;
Ut Nabuchodonosor tamen unus honore Deorum.
Gauderet, Divos atque urbes rumpit eorum.*

Caput 4. *Et orant. **

*Israël exhorrens Holofernem mænia struxit,
Illud ab Eliachim Mysta monitum quia fluxit:
Tum prece cum longa pia plebs jejunia duxit,
Auxiliumque diu rogitans à Numine luxit.*

Caput 5. *Bella vetat.*

*Achior Ammon Dux Holoferni testificatus,
Quæ mira Israëlem circa Deus est operatus,*

Ne pugnet contrà, fuit amplâ voce profatus,
Ob quod contra illum Dux quilibet est stomachatus.

Caput 6. *Ducunt.*

Achiorem vinctum ducunt Holoferne jubente
Bethuliam, ut pœnam ferat hâc cædem patiente;
Exteriusque ligant, Grege fundigerô obveniente;
Solvit at hunc Israël, & opem flet ab Omnipotente.

Caput 7. *Cingebat.*

Bethuliam cingens, & aqueductum retinebat
Holfernes, fontes custodiri que jubebat:
Plebs igitur sitiens urbem dare dum cupiebat,
Expectare dies Ozias quinque monebat.

Caput 8. *Corripiebat.* *

Objurgat Mystas (a) Judith, urbem quòd medi-
dentur

Tradere, quodque Dei bonitati tempora dentur:
Et dicit; moneant, ut cuncta patrum tolerantur
Exemplô, pro se deû Numen mite precentur.

Caput 9. *Crines incinerat.*

Se Judith afflixit crines fædè cinerata,
Et fuit ante Deum se prosternendo precata,
Ut de Gente suum salvet populum scelerata,
Atque in Holofernem sibi robora det cumulata.

Caput 10. *Se ornat.*

Dum sese comens de Bethulia Judith exit,
Ancillamque sibi, quæ ferret edulia, nexit,
Deprensas custos Holofernîs ad atria rexit,
Quem mox ad flammâ Judith inclyta flexit.

[a] cujus laus describitur.

Caput II. *Fallitque.*

Judith Holoferni blandô sermone rogata,
 Causam, cur fugit, fuit amplâ voce profata:
Et citò credentem lingvâ fallit simulatâ,
 Spem nimiùm certam vincendi pollicitata.

Caput 12. *Bibebat.* *

Huc Judithæ ductæ, quò suevit gaza locari,
 Uti pane suô licet, ireque nocte precari,
Quartâ luce meret convivis annumerari,
 Cujus amore facit se Princeps vite gravari.

Caput 13. *Decutit.*

Decutit atque aufert Judith caput hîc Holofernis,
 Cujus te monitis ad grates plebs pia sternis,
 Nec tam laudatæ pugili benedicere spernis:
 Tuque stupens Achior Ducis îcti tempora cernis.

Caput 14. *Ad murum.*

Bethulia murò caput Holofernis posuerunt:
 Præcidunt Achior: & in Assyrios abierunt,
 Qui satîs ante fores Holofernis dum strepuerunt,
 Infrant, & cæsum cernentes contremuerunt.

Caput 15. *Spoliârunt.*

Dum fugit Assyrius, Judæi spicula stringunt.
 Atque ab iis fausti *spoliorum plurima vincunt:*
 Cum Mystis Juditham plebs laudat, ei que relin-
 quunt,
 Quod fuit Holofernis: populum tum gaudia cingunt.

Caput 16. *Atque canebat.* *

Cantica de parta Judith lauro modulatur:
 Utque litet populus Divo, gratesque loquatur,
 In Solyman pergit: tandem Judith exanimatur:
 Et lux, quâ vicit, sacras inter celebratur.

LIBER ESTHER.

Argumentum.

Liber Esther magnificum Assveri convivium, & Vasthi Reginae repudiationem, atque ipsius Esther in illius locum substitutionem: exaltationem Aman apud Assverum, & machinationem ejus in caedem Judeorum: honorationem Mardochei Rege jubente factam, & suspensionem Aman in patibulo: liberationem item populi Judeorum ab imminente exitio, & potestatem interficiendi inimicos, ac denique constitutionem solennitatis annuae hujus salvationis enarrat. Et habet Capita 16.

ESTH.

Caput I. *Accit.*

Assverus per sex epulum menses opulentum Dat; nec adit Vasthi, dum mandat is adveniendum, Hinc de consilio promulgatur Sapientum, A muliere virum sub pœnis esse colendum.

Caput 2. *Solam.*

(a) *Esther sola fuit*, (b) *quam Rex Assverus amavit*,
 Hancque locò Vasthi sibi reginam sociavit,
 Et (c) *Mardochæi librò sincera notavit*
 Facta, quòd insidias Eunuchorum reseravit.

Caput 3. *Non surgit.*

(d) *Amano cultum Mardochæus renegavit*:
 Isque Judæorum mortes à Rege rogavit:
 Chartaque per terras (quam Regis consolidavit
 Annulus) ut cædant Judæos quosque, meavit.

Caput 4. *Fletque.*

Mardochum luctus cum Judæis quia pressit,
 Mox ad Reginam cum fletibus ille cepessit
 Confugium, pro se quæ jussit, (ei malè ne sit)
 Ut jejunantes (e) orent, quod & ipsa facessit.

Caput 5. *Vocavit.* *

Ad Regem pergens, vocat hunc & Aman epulari
 Esther: & in cœna rursus cœnæ sociari
 Orat, in hacque petit Rex, quid velit illa precari:
 Ligna; mandat (f) Aman tibi Mardochæe parari.

Caput 6. *Bini Eunuchi.*

Annales Regi lector dum nocte legebat,
 Ad Mardochæi pietatem perveniebat,
 Quòd Regi fraudes Eunuchorum retegebat:
 Hinc, ut honoretur per Aman, Rex præcipiebat.

Ca-

[a] neptis occulta Mardochæi. [b] inter Virgines ipsi
 Assvero quæsitæ. [c] qui ad ostium palatii mansit. [d]
 à Rege sublimato. [e] tribus diebus. [f] indignatus,
 quòd ab Aman non honoratur,

Caput 7. *Aman pendebat.*

Esther dum vinô Regem videt exhilarari,
 Tunc cœpit supplex pro se, populoque precari:
 Dixit & Amanum Judæis dira minari,
In Mardochai cruce quem jubet ille levare.

Caput 8. *Substituitque.* *

Hic Rex Amani Mardochem substituebat,
 Cum quo mox scriptum vetus Esther præveniebat
 Et se Judæum genus uloisci faciebat,
 Cunctos quod populos ad gaudia magna movebat.

Caput 9. *Cædunt.*

Pro nece Judæis quam lucem constituerunt
 Hostes, hæc istos illi faustè tutuderunt:
 Amani Natos bis quinque cruci tribuerunt,
 Atque diem Phurim festis deïn apposuerunt.

Caput 10. *Contribuunt.*

Est Gens Assvero dare pensum cuncta coacta:
 Et Mardochai fuit isthic gloria tacta,
 Ac per eum sua sunt bona somnia tum patefacta,
 In libertatem quòd Gens sit Hebræa redacta.

Caput 11. *Videt.*

Quòd Mardocheus serpentum mutua bella,
 Ac terræ motus vidit, notat ista tabella:
 Bellorumque bonos jactavit sæva procella:
 Flumen & in magnum tum creverat unda tenella.

Caput 12. *Insidiæque.*

Eunuchum fraudes pro Regis morte parate
 Per Mardocheum sunt illi notificatæ;

Cum suprà primum post jam caput enucleatè
Hæ res sic gestæ fati essent commemoratæ.

Caput 13. *Tabella.* *

Hujus dant capitis tibi lector chare loquelæ,
Principibus *quales ab Aman venere tabella*
De Judæorum nece Mardocheusque fidele
Orans Nunen, ait: tua non Deus Agmina dele.

Caput 14. *Demum jejunans.*

Vestibus augustis Esther Regina solutis
Jejunat, plangens in fati non bene tutis:
Incinerat pariter crines, laceratque, tributis
Ad Divum precibus pro redditione salutis.

Caput 15. *Intravit.*

Esther adit Regem, (Mardocheus quia jussit)
In cujus vultu formæ præstantia lusit;
Ad terram Regis timor illam sed citò trusit,
Cui animum blandâ Rex rursus voce recussit.

Caput 16. *Et invalidantur.* *

Regia missa fuit per singula regna loquela,
Ut sit Judæis pax: & per fortia bella
In mortes hostis vertant potiùs sua tela:
Amaniq³ fuit sic irrita cuncta tabella.

LIBER JOB.

Argumentum.

Liber Job virtutes ejus commendat, præfer-
sertim insignem ejus patientiam in perditio-

ne bonorum, morte filiorum, ac proprii corporis
 exculceratione. Disputationem quoque cum a-
 micis, Eliphaz, Baldad, & Sopbar, qui ad
 consolandum venerunt, sed in contumeliam ad-
 versus eum eruperant, explicat. Et de divina
 providentia, corporumque in novissimo die re-
 surrectione sinceram veritatis confessionem, ipsi-
 usque Job in pristinum prosperitatis statum, &
 cum Deo reconciliationem ostendit. Et habet
 Capita 42.

JOB.

Caput 1. *Adolet.*

Dum (a) Jobe pro (b) Natis libamina tradere gaudes,
 Et tua tentantis Satanæ rapiunt bona fraudes,
 Progeniesq; necant, gemis; impatiens tamē haud es;
 Quin sumas Divo das propter singula laudes.

Caput 2. *Scabies.*

In Jobum scabies (c) Satan dedit exitiales,
 Cui conjux etiam voces dixit triviales;
 Sed septem cum illo, qui tres venere sodales
 Visere, compassi luces egere ferales.

Caput 3. *Maledixerat.*

Natali proprio Jobus, & pariter maledixit
 Huic vitæ, monstrans, malè quàm mortalibus hic sit
 Quæisvè malis careat, qui nullò tempore vixit,
 Exposuit: sedem bona fors apud hunc quia fixit.

[a] cujus sanctitas & civitatis commemorantur.
 convivia vicissim celebrantibus, (c) obtentâ à Deo sa-
 cultate.

Caput 4. *Ob scelus.*

Corripit hic Eliphaz Jobum nimis impatientem,
 Hanc illi sanctam conatur & indere mentem,
 Ut noñit Divum se pro culpa ferientem,
 Qui mala non mittit, si non videt esse nocentem,

Caput 5. *Et spem.* *

Hic Eliphaz rursus reprehendens impietatis
 Te Jobe, quod nullum Divus vult perdere gratis,
 Convertaris, ait: sic spem dat prosperitatis:
 Providus inque suis legitur Deus esse patris.

Caput 6. *Barbarius.*

Se graviora Jobus dicit meritis tolerare,
 A se tum queritur conjunctos quosque migrare:
 Tres quoque, qui verbis illum venere levare,
 Arguit, atque rogat pariter sua verba notare.

Caput 7. *Misera est.*

Hujus Job, propriaq; refert vitæ gravitatem,
 Nec sperat remeare sibi jam prosperitatem:
 Tum petit, ut cunctam Deus auferat anxietatem:
 Deïn, quod provida sit nostrî, stupuit Deitatem.

Caput 8. *Fictus.*

Te Jobe (a) corripuit Baldad, cœpitque monere
 Converti, spondens sic te meliora videre:
 Nam simulatores sœvit spes vana fovere,
 Et mala multa malos, bona justos multa manere.

Caput 9. *Non justificantur.* *

Te, Deus alme, Jobus justum per cuncta fatetur,
 Nam tibi collatus non est, qui justificetur:

H

Ob-

(a) de impio sermone.

(a) Obstat nemo tibi; justis per teque nocetur,
Ac pravis: se Job referens sua damna tuetur,

Caput 10. *Cur patitur.*

Job plangens querit, cur gestet tam grave fatum:
Hancque, inquit, pœnam non factum fert sceleratû,
Nec Deus ignorans, qui per se quippe creatum
Novit quemque: gemit se rursum Job generatum.

Caput 11. *Fans falsa.*

Falsè Sophar ait Jobum propter malefactum
A Divo tantò pœna discrimine tactum:
Et dum posse negat comprehendi Numinis actum,
Spondet fausta Jobo, sceleris linquat modò pactû.

Caput 12. *Potens.*

Dum Job amicorum jactantia verba refutat,
Esse potens Numen docet, illius quia nutat
Ad jussum mundus, qui, dum lubet, omnia mutat:
Talia perdiscet, caput hoc quicumque volutat.

Caput 13. *Sunt corripiendi.**

Ex propria Jobus confutans voce Sodales,
Dicit eos, Divus quos objurget, capitales:
Deinde suos dicens mores non exitiales,
Ex Divo quærit, cur pœnas det sibi tales.

Caput 14. *Debile.*

Humane visâ vitæ Job lubricitate,
Provida dexteritas quòd fit, stupet, in Deitate:
Hacque novam sperat clausâ vitæ brevitate:
Quodvé resurgemus, docet, invitæ novitate.

(a) ob potentix & Sapientix magnitudinem.

Caput 15. *Non mundus.*

En Eliphaz Jobum reprehendit non tolerantem,
 Se quoque jaëtantem, Diviniquè probris onerantem:
 Tum dicit, *mundus quòd nemo sit ante Tonantem,*
 Qui cumulat pœnis reprobos, & se simulantem.

Caput 16. *Sine crimine.*

Jobus amicorum commotus ob asperitatem,
 Angores plangit, monstratque sui gravitatem
 Fati: *seque citra plecti notat impietatem,*
 Cujus veracem dicit testem Deitatem.

Caput 17. *Sunt peritura.**

Dum Jobum tangit nimium tribulatio dura,
 Certa, ait, est sibi mors, ac *cetera sunt peritura:*
 Et stultos dicens socios (quibus unica cura
 Est sæcli merces) animat se pace futurâ.

Caput 18. *Elatum.*

Jobum jaëtantem Baldadus, & impatientem
 Arguit, & pœnam reprobi scribit vehementem:
 Sicque suam contra Jobi vult ponere mentem,
 Quòd pœnam sumat propter scelus ille patentem.

Caput 19. *Surget.*

Jobus amicorum crudele cor increpitavit,
 Et plecti immeritò se, non ob facta, notavit:
 Fert mala: quòd spretus sit amicis, tum memoravit:
 Inde *resurgendi solamine se recreavit.*

Caput 20. *Pravi.*

Tu Sophar Jobi dum motus voce fuisti,
 Aures quòd tribues, dum te carpet, retulisti:

Et coram Divo quàm sit pars flebilis isti,
 Qui pravè vivit, verbis planis docuisti.

Caput 21. *Cur prosperiores.* *

Dum petit audiri Jobus, optat cognitionem
 Prendere, cur superet sons justì conditionem:
 Ad seramque docens hunc linq̄i perditionem,
 Evertit comitum, quâ solantur, rationem.

Caput 22. *Flagitia.*

Nunc Eliphaz Jobum (*miseros quondam quia*
pressit,

Pluraque perversè delicta gravissima gessit,
 Et malè de Divo sensit)culpando lacescit;
 Sed resipiscenti promissa beata faceffit.

Caput 23. *Ad placitum.*

Judicium Divi Jobus imâ voce vocavit,
 Et pro criminibus pœnam meruisse negavit:
 De Divoque notat, quòd quæquæ recta putavit,
 Qui, *sicut placitum fuit illi, cuncta patravit.*

Caput 24. *Scit tempora.*

Ut bene se monstret sentire Job in Deitatem,
 Provida quòd sit, *eum docet avi proprietatem*
Noscere: deïn hominum variam notat impietatem,
 Pro qua pœnarum Deus inferet asperitatem.

Caput 25. *Vermis.*

Cùm super omnia sit Deus Altor magnificatus,
 Ast *homo mortalis quasi vermis* vilificatus,
 Illi collatus non quisquam justificatus
 Esse potest: Baldad sic est hæc testificatus.

Caput 26. *Et impos.**

Nostra nequit Divo conferre juvamen egestas,
 Cujus quòd nequeat comprehendi celsa potestas,
 Tu sociis documenta tuis Jobe congrua præstas,
 Res referens, ut dicta probes, à Numine gestas.

Caput 27. *Gloria curta.*

Monstrat Job, semper se justificare paratus,
 Innocuæ vitæ cur institit: estque profatus,
 Quòd splendore brevi vita dum vir sceleratus
 Utitur, in mortem dat eum Deus ad cruciatus.

Caput 28. *Arcana.*

Est aurò melius, Job ait, non esse nocentem:
 Nulla arcana latent natura Cunctipotentem:
 Cælum, non aurum, tribuit fieri sapientem:
 Deïn vocitat doctum Jobus Numen metuentem.

Caput 29. *Jobi gesta.*

Fortunæ veteris cupiit Job cernere vultus,
 De qua discursus fuit illi perbene cultus,
 Et gessisse refert bona: tali voceque fultus
 Adversus probrum sociorum se fuit ultus.

Caput 30. *Ac variata.**

De querulo fundis Jobe voces pectore mœstas,
 A te quòd felix antiqua migravit honestas,
 Dum tibi (sic quoniam permisit celsa potestas)
 Dulcis in arumnas sors est variata molestas.

Caput 31. *Haud sons.*

Se Job amicorum queat ut de solvere fannis,
 Invocat in testem Divum, quòd non vir inanis

Iple sit, *innocuis sed moribus & bene sanis,*
Narrans virtutes, quas primis fecit ab annis.

Caput 32. *Atque silent.*

Justitiam Jobi socii tres ergo videntes,
Facti sunt tandem post plurima verba silentes:
Jobum cum reliquis Eliu vocat insipientes,
Jactans esse sibi sensus nimum sapientes.

Caput 33. *Est clemens.*

Hic Eliu Jobum zelosâ voce refellis,
Dum justum cœpit se verbis tradere bellis:
Dasque, Deus queis nos doceat carpetque loquelis,
Et quàm *converso sit clemens* atque fidelis.

Caput 34. *Omnipotensque.* *

De verbis Eliu Jobum rursus reprehendis,
Quod sit blasphemus, quod sit stolidæ quoque mentis:
Judicium dicis rectum dein Omnipotentis,
Omnis qui imperium cum notitia tenet entis.

Caput 35. *Ipsi homini.*

Dein Eliu monstrat, (collegit non quia verè
Afferuisse Jobum malè Divo recta placere,)
Virtutes homini, non Divo, commoda ferre,
Sic & crimen ei, non Divo posse nocere.

Caput 36. *Ferrens.*

Quod justus Deus est, Eliu dat voce sonorâ,
Qui *feriendo docet*, fando vocat ad meliora,
Ad quæ si redeas, aufert pœnalia lora:
Et Job cernet, ait, *resipiscens prosperiora.*

Caput 37. *Sapiens.*

Est sapiens, fortis, justus, miroque beatus
Judiciò Divus, sic illius est memoratus
Ex factis Eliu, qui Jobo est talia fatus,
Nutibus ut Divi sit se tribuisse paratus.

Caput 38. *Non percipienda.**

Inter sermonem se postremò vehementem
Ipsè Deus miscens, Eliu jubet esse silentem :
*Objurgansque Jobum *comprenderi posse potentem**
*Se negat ex factis, aut *comprenderi sapientem.**

Caput 39. *Lingua amens.*

Hæc ubi Dive notas, quòd facta queat tua verè
Mortales ibex, animans reliquumque docere,
Carpis Jobum, in te voluit quòd verba movere :
*Verba Job agnoscit sua, quòd *vesana fuere.**

Caput 40. *Tum Leviathan.*

Dive Jobum (quoniam tenuit, quòd diminuisti
Ejus justitiam) vehementer corripuisti :
Deinde quid in Behemoth fortem valeas, docuisti
*Aut in Leviathan, cui *jussa silere dedisti.**

Caput 41. *Behemothque.*

Res ea per Divum fuit ulterius memorata,
Improbitas Behemoth quantum sit multiplicata,
Cujus membra simul sunt isthic enumerata :
Fastus & illius est dein, duritiesque notata.

Caput 42. *Recepit.* *

Stulta nimis Jobus sua verba fuisse perorat:
 A Divo sociis præfertur, pro quibus orat:
Quod prius amisit, duplò dein fœnore rorat,
 Et mors grandævum tandem pacata soporat.

LIBER PSALMORUM.

Argumentum.

Liber Psalmorum de Christi Divinitate, Humanitate, passione, resurrectione, & adventu ad iudicium, & pœnis peccatorum, & premio beatorum: de beneficiis Dei, ejusque laudibus: de gratuita item Christi cum Ecclesia dispensatione, vocatione Gentium ad fidem, & peccatorum pœnitentia differit. Et habet Psalmos 150.

Psal. 1. *Beatus vir, qui non abiit.*

Qui probitate nitet, legemque Dei meditatur,
 Arbor is ad ripam fluvii plantata vocatur;
 Impius è contra, qui criminibusque nigratur,
 Est miser: hujus iter perituum namque notatur.

(a) Psal. 2. *Quare fremuerunt Gentes.*

Frustra stant homines, & Dux, ac Rex sceleratus
 Adversus Christum: nam Rex est ille creatus

(a) congruens Christo.

A Patre cunctorum, cui sit parere paratus,
Qui patriæ superæ civis cupit esse beatus.

(a) Psal. 3. *Domine quid multiplicati.*

Hostis Jessiadis nimiùm se multiplicavit,
Atque in eum pariter diæteria pessima flavit;
Ipse tamen Divum fervente precamine David,
Ut se pro solito defendat more, rogavit.

(b) Psal. 4. *Cùm invocarem.*

Ut Divum recolant hostes, Psalmista petebat,
Ad quod mox pariter socios, aliosque monebat:
Namque bonum cunçtis multiplex distribuebat;
Ipse sed auxilium sibi de cælo cupiebat.

Psal. 5. *Verba mea.*

Ad Numen vocem David breviter recitatam
Porrigit, ut pleçtat gentem nimiùm sceleratam;
His verò, vitam qui ducunt immaculatam,
Fortunâ sortem tribuat cunçtâ cumulatam.

Psal. 6. (1) *Domine ne in furore.*

Propitiàm Divi David exorat pietatem,
Ipsius ut morbi, scelerisque levet gravitatem:
Queis precibus pronam Divi cernens bonitatem,
Lætitie cepit super hostes fertilitatem.

(c) Psal. 7. *Domine Deus in te speravi.*

Est contra Saûlem pro se Psalmista precatus,
Ut conservet eum, cùm nullò sit maculatus

H 5

Cri-

(a) quem David cecinit, cùm fugeret à facie Absolon, 2. Reg. 15. Et congruit Christo. (b) congruens Christo & Ecclesie. (c) quem cantavit David pro verbis Chusai 2. Reg. 16.

Crimine; Saül verò luat in vitio solidatus :
Et cadat in foveam, quam vir fodit sceleratus.

Psal. 8. Domine Dominus noster.

Hinc fuerat Divi Majestas magnificata,
Mira quòd illius sit plurima vis operata:
Nostraque præcipue, Christi que fuit celebrata
Conditio, cui sunt quæquæ subjecta creata.

Psal. 9. (1) Confiteor tibi Domine.

Dans grates David, quòd in hostes accumulatos
Se dedit, ac reliquos tutelâ fortificatos,
Orat, ut hoc crebrò faciens, plectat sceleratos,
Defendat verò miseros bene morigeratos.

Psal. 10. In Domino confido.

Tutum se David, secum que probè facientem
Esse docet, quoniam spem ponit in Omnipotentem;
At reprobam dicit perdendam fulmine gentem,
Et cunctum populum peccato se tribuentem.

Psal. 11. Salvum me fac Domine.

Est David, ut salvet Deus ipsum, carmina fatus,
Omnia pravorum quia pervadit dominatus:
Pro justis aliis patiter dedit hoscé rogatus:
Tum facit, ut Divus sua det promissa, precatus.

Psal. 12. Usquequo Domine oblivisceris.

His David precibus Divum cœpit revereri,
Ut clementer eum dignetur ab hoste tueri:
Telaque si lethi dabit effugisse severi,
Hæc benefacta piò spondet cantu remereri.

Psal.

Psal. 13. (1) *Dixit insipiens in corde.*

Regius hoc cantat Psalmista, quòd undique scena
 istius mundi reproborum stat grege plena:
 Mox ortum Christi cupit, à quo divite venâ
 Plausus, & ipsa salus justis manabit amæna.

Psal. 14. *Domine quis habitabit.*

Edocet hic Psalmus, quòd cælos sint adituri
 Hi tantùm, scædo qui sunt à crimine puri:
 Qui dum perpetuâ requie sunt perfruituri,
 Omnes in nihilum scelerati sunt ruituri.

Psal. 15. *Conserua me Domine.*

Christe malos odiens, & justorum venerandum
 Agmen amans, Patrem (qui te conseruet) amandum
 Oras: tum recitas grates ob te revocandum
 De tumulo, cæli plausuque dein recreandum.

Psal. 16. *Excaudi Domine iustitiam meam.*

Supplicis ad summum Rectorem Psaltis iêre
 Hæ voces, ut non tribuletur ab hoste severè:
 Fortunæque refert hîc hosti vela favere;
 Ipse sed in cælis sperat meliora videre.

(a) Psal. 17. *Diligam te Domine.*

Sermo gratificus fuit hîc à Psalte peractus,
 Cum desperato rerum de turbine tractus
 Victor sæpe fuit fortunâ divite factus;
 Quin fuit & populos, ac regnum nobile nactus.

Psal. 18.

(a) quem David cantavit, dum de manu Saul & inimicorum suorum ereptus est. 2. Reg. 22. Multa in eo Christo conveniunt.

Pfal. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei.*

Hæc tribuunt Divum, quæ fecit in æthere, nōsse,
 Et simul illius dat eum lex noscere posse:
 Quem David agnoscens, petit his parci lacrymosè,
 Ignarâ quæ mente priùs fecit vitiosè.

Pfal. 19. *Exaudiat te Dominus.*

Conficis hunc Psalmum David ex sermone pre-
 cante,

Quò pro Rege Deum rogitas ad bella meante,
 Ut clementer eum conservet ab hoste minante,
 Tutelam dextrâ submittens auxiliante.

Pfal. 20. *Domine in virtute tua.*

Dat David grates pro Christo Rege libenter,
 In plausus & eum notat effusum vehementer,
 Quòd Pater almus eum cumulavit honore decentes,
 Hostesque illius disperdet quosque potenter.

Pfal. 21. *Deus Deus meus respice in me.*

Ut juvet, in ligno Christus Patrem rogavit,
 Membraque, quæis graviter passus fuit, enumeravit:
 Dein, per eum vitæ quòd redditus est, memoravit,
 Cujus dein etiam laudes dare velle notavit.

(a) Pfal. 22. *Dominus regit me.*

Hic David Divi benefacta piè celebrabat,
 Quæis nimis amplificè cumulatum se recitabat:
 Sequæ metu cunctò per eum caruisse notabat,
 Quò se dein etiam cariturum commemorabat.

Pfal. 23.

(a) Congruens morbo desperatis.

Psal. 23. *Domini est terra.*

Telluri toti Divum notat imperitare,
 In cuius montem tantum sciet ille meare,
 Qui vitio vitam non inquinat: ostia charæ
 Namque solet patriæ Christus victor referare.

Psal. 24. *Ad te Domine levavi.*

Orat, ab hoste potens ipsum Deus ut tueatur,
 Peccatisque suis ut parcat, deinde precatur:
 Deque feris pariter fatis, quibus illaqueatur,
 Cum populo per eum clementius eripiatur.

Psal. 25. *Judica me Domine, quoniam.*

Supplice Rectorem David orat voce Polorum,
 Ut se (purorum quia semper lumine morum
 Fulsit) in infaustum numerum non ponat eorum,
 Qui fecisse solent hominum delicta malorum.

Psal. 26. *Dominus illuminatio mea.*

Quantamcunque velit vim contra pessima ferre
 Turba, nihil David dicit tamen inde timere,
 Si modò in Æde Dei tribuatur ei remanere,
 Et Divi possit promptum tutamen habere.

(a) Psal. 27. *Ad te Domine clamabo.*

Christe rogas Patrem, ne regnorum stygiorum
 In scrobe te linquens perdat grege cum reproborum;
 Sed poenâ justâ plectens peccamen eorum,
 Ævis te servet cunctis, & quemque suorum.

(a) Psal.

(a) In quo mysterium resurrectionis Christi indicatur.

(a) Psal. 28. *Afferte Domino filii Dei.*

David de cultu loquitur Divo tribuendo,
Ejus & in templis de nomine ritè colendo,
Qui miranda suæ virtutis tam metuendò
Robora demonstrat verbò, tonitruque tremendò.

(b) Psal. 29. *Excaltabo te Domine.*

Hic pius exaltat Sanctum Psalmista Tonantem,
Sermonem fundens ipsi grates recitantem,
Quòd salvavit eum multo in discrimine stantem,
Et dignatus eum fuit exaudire precantem.

(c) Psal. 30. (I.) *In te Domine speravi.*

Divum contra hostes David, atq; pericla rogabat,
Quem, quòd providus est in justos, magnificabat:
Dein Sanctos omnes, ut ament illum, stimulabat,
Reddere quem cunctis pro facto commemorabat.

Psal. 31. *Beati quorum remissa sunt.*

Felicem, cui sunt sua crimina tecta, profatur,
Hinc monet, ut Sanctos atq; ipsum quisq; sequatur:
Et tam quærendæ faustæ sorti studeatur,
Sævaque durities cordis procul abjiciatur.

Psal. 32. *Excultate justi in Domino.*

Hos David, justis qui sunt ac reëctificatis
Moribus, invitat verbis isthic recitatis,
Numen ut ex rebus celebrent ab eo fabricatis:
Providus in nos est Deus, & magnæ pietatis.

Psal.

(a) Verbo Dei competens, (b) Christo congruens, (c)
Christo congruens,

(a) Psal. 33. *Benedicam Dñum in om. tempore.*

Se David, & cunctam monet istò carmine gentem,
 Ut purè semper venerentur Cunctipotentem,
 Qui bene defendit cunctis ipsum metuentem
 A damnis; gentem sed perdit prava sequentem.

(b) Psal. 34. *Judica Domine nocentes me.*

Christus ait: Pereant, qui sunt cupidi nocementi,
 Qui magè sunt hostes ipsi Divo truculenti:
 Utque salus sua sit Deus, orat voce potenti,
 Pro quo devotè colet illum laude frequenti.

Psal. 35. *Dixit injustus, ut delinquat.*

Contra pravorum David isthic improbitatem
 Numinis æterni pronam ponit pietatem:
 Addit & illius doni multipliciter,
 Ex quo speramus cæli quoque prosperitatem.

Psal. 36. *Noli emulari in malignantibus.*

Si videas faustos pravum soles celebrare,
 Non tamen à solita debes pietate migrare:
 Nam veluti pravos solet atrox pœna gravare,
 Sic divina pios siveit merces cumulare.

(c) Psal. 37. (2.) *Domine ne in furore.*

Dat David ad Numen demissâ voce precatum,
 Ut se pro culpa gravibus morbis oneratum,
 Ac spretum sociis, & ab hostibus exagitatum
 Adjuvet, atque suò faciat morbò relevatum.

Psal. 38.

(a) Quem David cecinit, cùm immutavit vultum suum
 coram rege Achis, & dimisit eum. I Reg. 21. (b) Piis
 congruens. (c) In quo multa conveniunt Christo,

Pfal. 38. *Dixi, custodiam vias meas.*

Linguam æger David per tempora longa silentem
Solvit, & ut veniam sibi det, rogat Omnipotentem,
Ac tribuat vitam saltem breve tempus habentem,
Humanam quantô permittit vivere gentem.

Pfal. 39. *Expectans expectavi Dominum.*

Dat Christus grates Patri, quòd suevit adesse:
Et cor ei parens offert, pecudes quia cæsæ
Non ita sunt gratæ: tum poscit, ut & modò de se
Cura sit, ac servet, vindex velit hostis & esse.

(a) Psal. 40. *Beatus, qui intelligit super egenum.*

Hic Psalmista Deum prece sollicitat cumulata
Pro cunctis, per quos plebs sumit opem tribulata,
Ac pro se, morbò cui cùm sit vita gravata,
Hostes exoptant illum sua claudere fata.

Pfal. 41. *Quemadmodum desiderat cervus.*

David in exilio lenit sua pondera dura
Divina & Divum meditando: precamina pura
Fundit deïn, ut eum Divo sit reddere cura
Telluri patriæ, speratque petita futura.

Pfal. 42. *Judica me Deus, & discerne.*

David ab exiliis duris & gente nefanda
In Solymæ revehi petit oppida rursus amanda,
Ut crebrò visens ibi Templâ Dei veneranda,
Illius in cithara pulset præconia blanda.

Pfal. 43.

(a) Christo congruens,

(a) *Pfal. 43. Deus auribus nostris audivimus.*

Plebs pia percipiens, quia Divus sæpè fidelis
Auxilium tulerit priscis, replet astra querelis,
Quòd fuit illius pro cultu tradita bellis:
Et dein auxilium precibus deposcit anhelis.

Pfal. 44. Eructavit cor meum.

Promitur hìc cantus David à te connubialis,
In quo, quæ Christi sit & Ecclesiæ nota, psallis:
Utriusque, dein narras, quæ sit specialis
Virtus, gloria, dos, conjunctio spiritualis.

Pfal. 45. Deus noster refugium.

Illa Dei celsi claris urbs amnibus uda
Est contra vires omnes Ecclesia tuta:
Namque Dei nutu sunt omnia bella soluta,
Qui quoque combussit flammis hostilia scuta.

(b) *Pfal. 46. Omnes Gentes plaudite manibus.*

David Gentem omnem pro lætitia capienda,
Et bonitate Dei sincerò corde colenda
Provocat: ad populos Israël namque trahenda,
Ecclesiæque Dei promittitur adjicienda.

Pfal. 47. Magnus Dñus & laudabilis nimis.

Nobilis Urbs Solymæ Divo nimis est adamata,
Et per eum donis ac palmis est decorata:
Hincque Dei largè clementia multiplicata
In cunctos terræ fines est progenerata.

I

Pfal. 48.

(a) Congruens Apostolis & Martyribus. (b) Ecclesiæ congruens.

Psal. 48. *Audite hæc omnes Gentes.*

Copia fluxarum nîl prodest divitiarum
 Adversùs mortis rabiosæ virus amarum,
 Aut contra pœnam flammaram Tartarearum,
 A queis solus amor salvabit justitiarum.

Psal. 49. *Deus Deorum Dominus.*

Non pro cæsarum pecudum multiplicitate,
 Tempore judicii vitæ jucunda beatæ
 Munera distribuet Christus, sed pro pietate,
 Et pro tum vitæ, tum justitiæ probitate.

Psal. 50. (1.) *Miserere mei Deus.*

Culpam contra Uriam, Bethsabeamq; patratam
 Flamme, non gregibus cæsis rogat esse piatam
 David: & Ecclesiam Christus condet solidatam,
 Ac docet, illius quæ fiet victima, gratam.

(a) Psal. 51. *Quid gloriaris in malitia.*

Durò zelosus verborum fulmine David
 Doëg Pastorem Regis Saûl increpitavit,
 Et disperdendum propter crimen memoravit;
 At se salvandum per Divum significavit.

Psal. 52. (2.) *Dixit insipiens in corde.*

Ingentem cernens David numerum reproborum
 Adventum Christi poscebat, & auxiliorum
 Ipsius cumulos, à funestis ut eorum
 Clementer telis servetur turba, bonorum.

Psal. 53.

(a) Quem David cecinit, dum Doëg indicasset Sauli ipsum
 venisse in domum Achimelech. 1. Reg. 22.

(a) Psal. 53. *Deus in nomine tuo salvum me fac.*

Oravit Psaltes, adversus ut hostica durum
Agmina se Divus dignetur ponere murum,
Cui pariter sacrum pro tali munere purum,
Si juvet, adjunxit se gratâ mente daturum.

(b) Psal. 54. (1.) *Exaudi Deus.*

Exorat summum Psaltes Numen, pietatis
Ut præbens aures verbis à se recitatis
Servet se falsis ab amicis & simulatis:
Tum petit, ut pœnis illos plectat cumulatis.

(c) Psal. 55. (2) *Miserere mei Deus.*

Divum (promissis illius ad hoc animatus)
Supplicibus verbis fuerat Psalmista precatus,
Ut se contra hostes juvet, à quibus est tribulatus:
Et tandem Divo laudes est pollicitatus.

(d) Psal. 56. (3) *Miserere mei Deus.*

Hostiles turbæ Psalti persæpe molestæ
Illius insidias vitæ fecère scelestè:
Mox adversus eos Divum rogat ergo modestè,
Quem quoque se dicit cantaturum manifestè.

Psal. 57. *Si verè utique justitiam loquimini.*

Pestifer interitum, pariter reprobisque videbit;
At qui justitiæ splendore, piisque nitebit

I 2

Mori-

(a) Quem David cecinit, dum à Ziphæis proditus est. 1. Reg. 23. (b) Congruens Christo. (c) Quem David cecinit, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth. 1. Reg. 21. (d) Quem Psalmista cecinit, dum fugeret à facie Saul in speluncam. 2. Reg. 22. Et congruit etiam Christo.

Moribus, ille suâ fructum virtute merebit:
Judiciumque Dei sic, provida visque patebit.

(a) Psal. 58. *Eripe me de inimicis.*

Dum Psalmista preces querulo de pectore præstas
Adversus Saulem, turbas Aulæque molestas,
Laudes punitis illis promittis honestas,
Queis à te Divi canterur celsa potestas.

(b) Psal. 59. *Deus repulisti nos.*

Iddumæa cohors, & quæ penes hanc habitavit
Impia gens, populum Divi nimium tribulavit:
Plebs igitur tristis lugubria verba gregavit,
Auxiliumque dari de cæli sede rogavit.

(c) Psal. 60. (2.) *Exaudi Deus.*

Ad Numen David demissa precamina fatur,
In terras patrias ut ab exilio revehatur.

Utque sibi longum vitæ tempus tribuatur,
Ipsi dum quondam tribuentur regna, precatur.

Psal. 61. *Nonne Deo subjecta erit anima mea.*

David ait, quod non ipsum vis hostica lædit,
Circum se quoniam Divi tutela resedit:
Estque salus justis Divus, qui præmia reddit
Pro factis, Vates his id sermonibus edit.

(d) Psal. 62. *Deus Deus meus ad te de luce vigilo.*

Exul se David solatur Rege Polorum,
Cui grates dandas ait, & decus encomiorum:

(a) Hunc David cecinit, dum misit Saul, & custodi vit
domum ejus, ut eum interficeret. 1. Reg. 19. Et com
petit Cristo. (b) Quem David cecinit, dum percussit Phi
listæos &c. 2. Reg. 8. (c) Congruens Christo. (d) Quem
David cecinit, cum esset in deserto Idumææ. 1. Reg. 22.

Hostibus excidium prædicit; at ipse suorum
Sperat non ad eò finem procul esse malorum.

Psal. 63. (3.) *Exaudi Deus.*

Adversùs laqueos & linguarum nocumentum
Auxilium poscit David è cælo tribuendum;
Credat at istorum semel authorem truculentum
Lætitiâ suavi justorum conficiendum.

Psal. 64. *Te decet hymnus.*

Inclutus hoc nimium Psalmista decere profatur,
Votum ut reddatur Divo, carmenque canatur:
Namque Sion ab eo, Solymæaque plebs recreatur
Munere multiplici, quò Gens quoque cuncta beatur.

Psal. 65. (1.) *Jubilare Deo omnis terra.*

Vult David, ut promptè quivis hujuscérotundi
Rectori magno tribuat præconia mundi,
Qui cumulos doni de cælo spondet abundi
In mundum totum, sua sed magis agmina, fundi.

Psal. 66. *Deus misereatur nostri.*

Supplice clementem Divum David ore precatur,
Orbis is cunctis noscendus ut exhibeatur,
Ac gens omnis ei devotè confiteatur,
Nomen & illius terris cunctis timeatur.

Psal. 67. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici.*

Ecclesiæ palmas cantat Psalmista decentes,
Quas tulit Ægyptò migrans ex hoste frequentes:
Scandet & ad cælos Christus, qui voce potentes
Mittet Apostolicos homines convertere Gentes.

Psal. 68. *Salvum me fac Deus.*

Christus conquestus se multa pati recitavit
 Ob zelum cultûs Divi: sibi dumque rogavit
 Patris opem, pœnam Judæis sollicitavit:
 Tum se dicturum laudes Divo memoravit.

Psal. 69. *Deus in adjutorium meum intende.*

Hic Psalmista sibi Divum rogat auxiliari,
 Et cunctis, Divo qui sueverunt famulari;
 Ast ignominis orat multis cumulari,
 Hos, quicumque malis ipsum cupiunt onerari.

Psal. 70. (2.) *In te Domine speravi.*

David (canities cui jam veneranda decorat
 Tempora) demissâ clemens prece Numen adoratur,
 Quâ contra reprobos, ut opem det, gnaviter oratur:
 Et juges illi grates dare velle perorat.

Psal. 71. *Deus judicium tuum Regi da.*

Hoc pie præsentis Psalmô Vates cecinisti,
 Quòd justum fiet regnum prænobile Christi:
 Et fore pacificum, vastumque probè docuisti,
 Quod felix careat quòvis discrimine tristi.

Psal. 72. *Quàm bonus Israël Deus.*

Pravus in hac vita dum felix esse docetur,
 Justus, cui graviter forsân mens inde movetur,
 Hoc à Psalmidico solamine Vate fovetur,
 Ad finem vitæ quòd ei merces tribuetur.

Psal. 73. *Ut quid Deus repulisti.*

De Templi & populi Divi David optime clade
 Fundis in hoc cantu questus tristes cumulatè:

Et Divum rogitas, ut ab illius pietate
Suppetiæ veniant, velut olim, multiplicatæ.

Pfal. 74. Confitebimur tibi Deus.

De te Christe facis sermones, & manifestas,
Quæ tua Judicibus sit propria celsa potestas,
Quâ justas salvas gentes, punisq̄ue scelestas:
Et tanto grates Patri pro munere præstas.

Psalm. 75. Notus in Judæa Deus.

Hic per devoti Psalmistæ verba relata
Ad Divi laudes plebs est omnis stimolata,
Dum fuit Ecclesiæ per eum sacra suppeditata
Gratia, quam fuerant comitata juvamina grata.

Pfal. 76. (1.) Voce meâ ad Dominum clamavi.

Conquestus David lugubres multiplicavit,
Et retulit, quòd fors illum malè fausta gravavit:
Attamen excelsi laudes Divi recitavit,
Ac mulcebat ab his illum, quæ mira patravit.

Pfal. 77. Attendite populus meus.

David, quæ fuerant in priscis facta, canebat:
Duritiamq̄ue sequi majorum tum prohibebat,
Pro qua Gentem Ephraim Divus procul abjiciebat,
Suscipiensq̄ue Judam David regem faciebat.

Pfal. 78. Deus venerunt Gentes.

Urbem cum Templo populus plorat violatam,
Inq̄ue suos cædem crudeli à gente patratam:
Hinc pariter gentem rogitans adeò sceleratam
Puniri, laudem Divo spondet cumulatam.

Pfal. 79. Qui regis Israel intende.

Iram dum Divi rogat hosti Grex tribulatus,
Orat, ut ipsius semper velit esse paratus
Tutor, cum per eum sit ab Ægypto revocatus;
Defendatque virum dextræ, fuit inde precatus.

Pfal. 80. Exultate Deo adjutori nostro.

Numinis Ægypto traducentis pietatem
Laudans David, huic positam poenæ gravitatem
Dat, qui non paret; sed ei, qui sedulitatem
Parendi monstrat, docet addi prosperitatem.

Pfal. 81. Deus stetit in Synagoga Deorum.

Judicibus David minitatur iis mala dura,
Qui perversa solent, injustaque dicere jura:
Christus ut adveniat, poscit prece postea purâ:
Et rogat, ut sit ei, quod poscit, reddere cura.

Pfal. 82. Deus qui similis erit tibi.

Præsenti Psalmô fuerant à Psalte petitæ
Poenæ lethales Agarenis, & Moabitæ,
Ac reliquis, se se qui jungunt Ismaëlitæ,
Et contra Divi stant Ecclesiam malefidè.

Pfal. 83. Quam dilecta tabernacula tua.

Exilii David gemuit de sede severi
Ad Templum, cupiens in eo Divum revereri:
Dixit eos magnâ deïn prosperitate teneri,
Inter quos usus quit Religionis haberi.

Pfal. 84. Benedixisti Domine terram tuam.

Ut populo, qui nuper erat Babylone vocatus,
Divus placaretur, erat Psalmista precatus:
Et deïn, ut Christus nimis exhibeatur amatus,
Atque salus detur, fuit ampla precamina factus.

Pfal.

Pfal. 85. *Inclina Domine aurem tuam.*

Christus ait Patri, qui est flexilis ad miserendum,
 Ut se defendens, hostem perdat truculentum,
 Qui cupit ipsius vitæ fieri nocumentum:
 A cunctaque Deum prædicit Gente colendum.

Pfal. 86. *Fundamenta ejus in montibus.*

Est Urbs alma Sion (quæ est ipsa Ecclesia sancta)
 Chara Deo, multò caniturque decore beanda:
 Deïn habitatorum turbâ fertur cumulanda:
 Tandem signatur fors illi prospera danda.

(a) Psal. 87. *Domine Deus salutis meæ.*

Hostilis quando Christum vexatio pressit;
 Proximus ast illi, vel notus nullus adhæsit,
 Quin & amicorum quoque longè turba recessit,
 Auxilium Patris rogitavit, ne sibi desit.

Pfal. 88. *Misericordias Dñi in æternum cantabo.*

Fortis, ait David, Deus est, & (b) pollicitatus
 Multa: dein, Christum quia non dat, & est tribulatus
 Ejus ab externis populus, fuerat querulatus:
 Estque sui tandem Divum meminisse precatus.

Pfal. 89. *Domine refugium factus es.*

Vitam hominum David vanamque, brevemque
 profatur,
 Hinc fervente Deum clementem voce precatur,
 Ut pacem cum illis faciat, per eumque regatur
 Omnis eorum actus, per eumque & perficiatur.

Pfal. 90. *Qui habitat in adjutorio.*

Mundi totius non ille pericla veretur,
 Nonvé illius Satanæ fraus, atque sagitta timetur,
 Sive die, seris seu noctibus insidietur,
 Provida supremi quem Divi dextra tuetur.

Pfal. 91. *Bonum est confiteri Domino.*

Laudandum Psaltæ dicit te Dive palatum,
 Omne tuum factum nimis est quia magnificatum,
 Qui dum ceu fœnum quemvis perdis sceleratum,
 Ut cedrum Libani justum reddis cumulatam.

Pfal. 92. (1.) *Dominus regnavit.*

Extollit David cæli, terræque Satorem,
 Quem, quòd regnavit, decantat, quodvé decorem
 Induit: & sumpsit velut indumenta, vigorem:
 Ejus deïn etiam legi dat laudis honorem.

Pfal. 93. *Deus ultionum Dominus.*

Divus ut elatum plectat, Psalmista precatur,
 Et cunctos, quorum mens impietate notatur;
 At verò cunctis merces justis tribuatur:
 Hocque Dei populo deïn, & sibi pollicitatur.

Pfal. 94. *Venite, exultemus Domino.*

Ut Regem atque Deum Christum (qui te faciebat,
 Et carnem sumpsit) recolas, Psalmista petebat,
 Ne careas requie, velut illius antè carebat
 Ingressu, quæ plebs ex Ægypto veniebat.

(a) Psal. 95. (1) *Cantate Domino.*

Mandat quemq; David Christo solenne movere
 Carmen, & illius Tellurem laude replere,

Qui

(a) Quem David cecinit, quando terra ejus restituta est.
 I. Par. 15.

Qui cum totius quondam formidine terræ
Judicium justum veniet super omnia ferre.

Psal. 96. (2) Dominus regnavit.

Ad Christum Aligeros, hominesque vocat reco-
lendum,

Cujus ad adventum cunctis populis metuendum
Dicit sectantem simulacra pudore replendum;
At justo memorat lucem, plausumque ferendum.

Psal. 97. (2) Cantate Domino.

Est dandus Divo cantus de pectore purus,
Qui quando Christum cunctis est exhibiturus,
Judicium per eum super orbem est habiturus,
Tuncque omnis fons est lætus cum monte futurus.

Psal. 98. (3) Dominus regnavit.

Christum ceu Dominum laudans Psalmista fidelis,
Ejus opem posci monuit, cultumque scabellis
Præstari, pro quo doctis exempla loquelis
Moysis & Aâronis produxerat, ac Samuelis.

Psal. 99. (2) Jubilate Deo omnis terra.

Præcepit cunctis David Divum celebrare,
Et cum lætitia solenni multiplicare
Officiosa illi laudis præconia claræ,
Illius inque domum carmen cantando meare.

(a) *Psal. 100. Misericordiam & judicium.*

Laudibus est Divi per Psaltem gratia tacta:
Et dat, quæ fuerat prius illi vita peracta,
Quod virtutis eam decorârunt nobilis acta,
Atque procul fuerint ab eo scelerum mala facta.

Psal.

(a) Christo congruens.

Pfal. 101. (1) Domine exaudi orationem meam.

Ut velit omne creans Christus damnis miserari,
 Quæ gerit alma Sion, cœpit Psalmista precari:
 Ecclesiamque petit deûn ex hac ædificari,
 Quò Rex cum populo veniat Divum venerari.

Pfal. 102. (1) Benedic anima mea Domino.

Se David accendit, simul & genus Aligerorum
 Ad benefactorum laudem tam multigenorum,
 Quæ confert mundo terræ Rex, atque Polorum,
 Qui mala clementer dimittit facta reorum.

Pfal. 103. (2.) Benedic anima mea Domino.

Ex his Divus erat per Psaltem magnificatus,
 Cuncta quòd in mundo sapientiùs est operatus:
 Et quòd providus est, idem Psalmista beatus
 Hinc illi fuerat præconia digna profatus.

Pfal. 104. (1) Confitemini Domino.

Ad laudem Divi populos Psalmista vocavit,
 Sæpius Israël em qui donis lætificavit,
 Inque suos hostes tutelâ fortificavit,
 Quæis Terram pariter promissam suppeditavit.

Pfal. 105. (2.) Confitemini Domino.

Afflicti populi, quoniam vinclis onerantur,
 Tum se, tum patres multùm peccâsse profantur:
 Et veniam scelerum demissâ voce precantur:
 Ac deûn id rogitant, ut salvari mereantur.

Pfal. 106. (3.) Confitemini Domino.

Laudandus Deus est, quoniam de errore viarum,
 Carceribus, morbis, gravibus damnis & aquarum,
 Atque malis cunctis rogitantes suppetiarum
 Eruit, ac rerum dedit incrementa bonarum.

Psal. 107. *Paratum cor meum.*

Edidit hîc voces Ecclesia sancta precantes
 Ad te Dive, manus ut tendas auxiliantes
 Adversus populos Moab illam sæpe gravantes,
 Inque Palæstinos, Idumosque nimis tribulantes.

Psal. 108. *Deus laudem meam ne tacueris.*

Christus tormentum Judæ, pœnasque rogavit,
 Atque in eum pariter minitamina dura vibravit,
 Contra quisquis eum dicteria pessima flavit,
 Proque salute dein sibi danda sollicitavit.

Psal. 109. *Dixit Dominus Domino meo.*

Patris ad æterni dextram Christus residebit,
 Judææ regni primò qui scepra tenebit:
 Et dum Melchisedechi mystatum semper habebit,
 In tota victor fieri Tellure merebit.

Psal. 110. (2.) *Confitebor tibi Domine.*

David confessus Divo laudem decoratam
 Exhibet, Ecclesiam quoniam vehementer amatam
 Multiplici fecit donò valdè cumulatum,
 Qui spondet cæli patriam quoque reddere gratam.

Psal. 111. *Beatus vir, qui timet Dominum.*

Felicem dicit David Numen metuentem,
 Clementem, justum, vel egenis subvenientem;
 Lætitiamque simul dandam notat his vehementem;
 Sed disperdendum recitat crimen facientem.

Psal. 112. *Laudate pueri Dominum.*

Mandavit pueris David Divum celebrare,
 Qui celsus rebus solet imis invigilare,
 Et de terra inopem, miserumque ex fæce levare,
 Ac cum Principibus simul unâ sede locare.

Psal. 113. *In exitu Israël de Ægypto.*

Mira Dei (populos Ægyptô qui revocabat)
David dans, ut ei sit gloria cuncta, rogabat:
Quodvé sit idolum Gentis vanum, memorabat:
Præsidium justî Divum deûm esse notabat.

Psal. 114. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.*

Inferni Psaltem discrimen ût inveniebat,
Orabat Divum: gratesque simul peragebat,
Quòd clementer eum de fauce necis rapiebat,
Et quòd flere genas, labique pedes prohibebat.

Psal. 115. *Credidi propter quod.*

Omnes hîc pronos dedit ad mendacia David,
Atque simul summas Divo grates recitavit,
Vincla quòd illius miserentèr dilaceravit,
Pro quo sacra Deo facturum se memoravit.

Psal. 116. *Laudate Dominum omnes Gentes.*

Hîc à Psalte fuit coetus Gentis stimulatus,
Ut Divo laudum tribuatur honor cumulatus:
Ejus enim clemens amor in nos est solidatus,
A quo est exhibitus Christus de virgine natus.

Psal. 117. (4.) *Confitemini Domino.*

Læta per Ecclesiam fuerat solenniter acta
Gratia, quòd (postquam fuit aspera fata coacta
Ferre) fuit gratô tandem solamine tacta,
Quando salutis erat, Christi que receptio facta.

Psal. 118. *Beati immaculati in via.*

Dum Divi legem, verbum, præceptaque ritè
David laudat, ait deûm, hæc quòd singula fide

Diligit atque cupit : Numen quoque postea mite
Hoc rogat, ut fiat sibi conservatio vitæ.

Pfal. 119. Ad Dominum cùm tribularer.

Ecclesiæ Divum fuerat sic turba precatâ,
Ut se de lingua nimis impia verba profata
Salvet, & à turba Cedarenorum scelerata,
Et Cedar Ismaëlis, per quos fuerat tribulata.

Pfal. 120. Levavi oculos meos.

Ecclesiæ nullum videt alma caterva timorem,
Custodem quoniam tenet axis, humique Satorum,
Qui non est ullum solitus captare soporem,
Et qui solis ei prohibet nocuisse calorem.

Pfal. 121. Letatus sum in bis.

Ecclesiæ David lætus præconia fatur,
Quòd concors in ea mens cum pietate geratur,
Et sacra justitiæ virtus quoque ritè colatur,
Cunctaque deïn illi fidò bona corde precatur.

Pfal. 122. Ad te levavi oculos meos.

Erectis illuc Ecclesia tristis ocellis,
Quò Deus in celsis fixit subsellia cælis,
A probri duris ut se defendere telis
Dignetur, precibus demissè poscit anhelis.

Pfal. 123. Nisi quia Dominus erat in nobis.

Incepit grates Ecclesia fida referre
Divo, qui cæli tenet & moderamina terræ:
Illius auxiliò propulsi namque fuère,
Perdere qui vaftris illam laqueis voluère.

Pfal.

Psal. 124. *Qui confidunt in Domino.*

Ecclesia, & cives omnes illius habentes
 Spem firmam in Domino, sunt tuti, nilque timentes;
 Namque tuetur eos adversus quosque nocentes;
 At disperdentur cuncti crimen facientes.

(a) Psal. 125. *In convertendo Dominus.*

Hic est te supplex Ecclesia Dive precata,
 Ut fera vinclosum (quibus est nimis illa gravata)
 Per mitem Christum digneris tollere fata,
 Atque velis illi submittere gaudia grata.

Psal. 126. *Nisi Dominus edificaverit.*

Res est ante domos atque oppida vana locare
 Custodem, Divus si non velit invigilare:
 Adde, quod & nullas poteris proles generare,
 Nî Deus ipse velit donum tibi suppeditare.

Psal. 127. *Beati omnes, qui timent Dominum.*

Felix ille pii Psalmistæ traditur ore,
 Per se, & Divum metuit quicumque timore:
 Nam duplici planè dotabitur ille favore,
 Quem magnò vivens, moriensque tenebit honore.

Psal. 128. *Sapè expugnaverunt me.*

Dive per Ecclesiam tibi grates sunt cumulatæ,
 Quod secuta tua semper manet ex bonitate:
 Deinde preces ab ea tibi sunt tales recitatæ,
 Illius ut plectas hostis pœnæ gravitate.

(a) Martyribus congruens.

Psal. 129. *De profundis clamavi.*

Ex ima Psaltes ad Divum valle profatur,
 Atque sui sceleris veniam lugubrè precatur:
 Tum genus Israël redimendum vaticinatur,
 Quod fore per Christum venturum pollicitatur.

Psal. 130. *Domine non est exaltatum.*

Percarmen David devotiùs hìc recitatum
 Offert demissum tibi Dive cor ac moderatum:
 Hocque est libamen præ omni libamine gratum,
 Quod cunctâ fuerit terrarum parte litatum.

Psal. 131. *Mememento Domine David.*

Ut tibi, Dive, Sion sit sedes, hoccé precatus
 Porrigit Ecclesiæ cætus Davidem memoratus:
 Tum rogat, ut Christus semel exhibeatur amatus,
 Quem verbô fueras solenni pollicitatus.

Psal. 132. *Ecce quàm bonum.*

Dum vivunt Fratres in concordi pietate,
 Est id jucundum: quia cunctâ prosperitate
 A clemente Deo benedicentur cumulatè,
 Atque etiam vitæ bona sument ampla beatæ.

Psal. 133. *Ecce nunc benedicite.*

Hos est ad Divi servos Ecclesia fata
 Admonitus, ut dent Divo præconia grata,
 Et manus in cælum sit sursum nocte levata:
 Sicque fluet cunctis benedictio multiplicata.

Psal. 134. *Laudate nomen Domini.*

Ad laudem Divi David populos animavit,
 Et notat, Israël quòd largis ille beavit

Donorum cumulis, atque hostes sæpe necavit:
Deinde, quòd idolum sit inutile, commemoravit.

Psal. 135. (5.) Confitemini Domino.

Et Polus & Tellus Psalmò præsentè vocatur,
Ut purè Divo præcelso confiteatur,
Cujus de cunctis provisio magna notatur,
Et plebs cuncta bonis, sua præsertim, cumulatur.

(a) *Psal. 136. Super flumina Babylonis.*

In Babylone gravi qui vinclo sunt onerati,
Ad flumen moestè residentes sunt lacrymati:
Atque tui, Babylon & Edom, populi scelerati
Ut castigentur, sunt ista precamina fati.

Psal. 137. (3.) Confitebor tibi Domine.

Se confessurum cæli, terræque Satorem,
Atque tributurum pius illi David honorem
Promittit propter perceptum sæpe favorem:
Huncque sequi poscit reliquos Reges quoq; morem.

Psal. 138. Domine probasti me.

Cuncta scit, & præsens est Divus ubique locorum,
Cujus nil curam, vel vires effugit horum,
Quæquæ mundus habet: facer hinc laudes & honorem
Munera spondet ei Psaltes, odiumque malorum.

(b) *Psal. 139. Eripe me Domine.*

Ad Divum Psaltes demissa precamina fatur,
Ut manibus validis ab iniquis se tueatur,
Atque ab iis cunctis, quorum probris oneratur,
Queis, ut supplicio plectantur atroce, precatur.

Psal.

(a) congruit Ecclesiæ inter Mahometanos existenti. (b)
Christo congruens.

(a) Psal. 140. *Domine clamavi ad te.*

Exorat summum Psalmista Deum reverenter,
Ut nimium duras (quibus arctatur vehementer)
Erumnas ipsum faciat perferre libenter,
Adversusque hostis tueatur tela potenter.

(b) Psal. 141. (2.) *Voce meâ ad Dñum clamavi.*

Vati psalmidico duros laqueos posuere
Insectatores, & nullum quibat habere,
Qui voluisset ei sincera juvamina ferre,
Inde preces ab eo celeres ad Numen iere.

(c) Psal. 142. (2.) *Dñe exaudi orationem meam.*

Non bona respiciat Deus ipseus, hoc recitavit
David, sed potius videat mala, quæ toleravit,
A quibus ut citius se salvet, sollicitavit;
At meritis hostes pœnis plecti rogavit.

Psal. 143. *Benedictus Dominus Deus meus.*

Dum sua regna David servans in pace quieta
Grates persolvit Divo per carmina læta,
Poscit in externos hostes tutamina facta,
Queis fastu tumidô secus essent corda repleta.

Psal. 144. *Excaltabo te Deus meus.*

Extollit Divum Psaltes pius omnipotentem
Ut Regem, utque bonum, cunctisq; piè miserentem,
Et conservantem res cunctas, atque regentem,
Ac cunctis amplum pariter donum tribuentem.

K 2

Psal.

(a) Christo congruit. (b) Ecclesiæ congruens. (c) Ec-
clesiæ congruens.

Pfal. 145. Lauda anima mea Dominum.

Non homini fidas, non Principibusque, juvare
 Nam nequeunt, juri cum subsint mortis amaræ:
 In Divo firmè spem debes ergo locare,
 Qui cunctis largè valet omnia suppeditare.

(a) *Pfal. 146. Laudate Dominum, quoniã bonus.*

David ait Divo cantari cantica pura,
 Namque sui populi stat in illo provida cura:
 Cujus præterea facit alta potentia plura,
 Ut satis ostendit cæli, terræque figura.

Pfal. 147. Lauda Jerusalem Dominum.

Ecclesiam Sanctus pergit Psaltes animare,
 Ut constante velint animò Divum celebrare,
 Cum donò tali dignetur eos cumulare,
 Quod genti nulli consuevit suppeditare.

(b) *Pfal. 148. Laudate Dominum de celis.*

Hortatur Psaltes hîc omnes Æthereorum
 Cœtus Aligerum, cunctumque gregem populorum
 Quidquid & est cœlo vel terris, ut superiorum
 Gnæviter Authorem pergant laudare Polorum.

Pfal. 149. (3.) Cantate Domino.

Cantica sunt Christo devotâ mente canenda,
 A quo quippe suis est alma salus tribuenda,
 Quivè potestatem donabit pro referenda
 Justa vindicta de gente nimis truculenta.

(a) Qui est propheticus de collectione Ecclesiæ. (b) qui est propheticus de Ecclesiæ victoria.

Pfal. 150. Laudate Dominum in Sanctis.

Aularum Regi laudes canat Ætherearum
Spiritus omnis (ait David) in clangore tubarum,
Inque choro, psalmis, atque in sonitu cithararum,
Et deïn in cuncto concentu Terrigenarum.

LIBER PROVERBIORUM.

Argumentum.

Liber Proverbiorum universaliter & in specie
agit de instructione ac disciplina incipien-
tium servire Deo, de correctione morum, & in-
formatione virtutum, de quibus specialis capi-
tulationo sequitur. Et habet Capita 31.

PROV.

Caput 1. *Audi doctrinam.*

Parabolæ fructus datur : & promptè tribuatur
Auris doctrinis, quibus & gnave studeatur :
Non Gnatus scelerum mala blandimenta sequatur :
Spernenti vocitans Sapiaentia damna minatur.

Caput 2. *Adfert.*

Acquisita tibi si sit Sapiaentia rara,
Hec bona multa feret, mala verò pellet amara :
Cumque hac dona tibi venient à Numine chara :
Absque hac errabis; penes hanc sed erit via clara.

Caput 3. *Canusque.*

Canescet sapiens: sis clemens, verus, (a) adhære
Divo: (b) fer pœnam: ditat sapientia: (c) ferre
Auxilium properes: non certa: non imitere
Pravos, qui pereunt; bona te bone scito merere,

Caput 4. *Require.* *

Querito (d) *doctrinam* ferventer, ut admonet ille,
Qui Librum hunc scripsit, dans ejus comoda mille:
Declinato malos: justos imitare virilè:
Custodire cor, os, gressum nec sit tibi vile.

Caput 5. *Blanditur meretrix.*

Hæc scripsit Sapiens, dum sumpsit dextera pennâ:
Blanditia fugias meretricem crimine plenam:
Nec labor atque anni causent tibi perdita pœnam:
Diligito Sponsam propriam, fugias alienam.

Caput 6. *Sex.*

Sponsor redde fidem: pigris exempla petita
Sunt à formica: tua quæ sit Apostata vita:
Sex Deus odit: sit legis custodia fida:
Non cupias formam mulieris: scortaque vita.

Caput 7. *Jussa.*

Est sumenda tibi cuncto sapientia voto:
Est quoque mandatum servandum pectore toto:
Non inhia scorto pro carnis fomite loto,
Quo non tam multos credas periisse remoto.

(a) sperando, timendo, & honorando. (b) hilari animo.
 (c) amico, nec ei maledicendum. (d) quam & ipse auctor
 amavit.

Caput 8. *Coæva.*

Ardet ad amplexum Sapia quæque vocare,
 Quæ, se ut commendet, sua dat præconia clarè,
 Quævé coæva Deo res juvit quasque creare:
 Felix, qui hanc quærit, miser est, qui spernit amare.

Caput 9. *Struebat.* *

Condit recta, vocat sapientia, dat cumulatum
 Annum: tum stultam removet: frustra sceleratum
 Arguis atque doces; sed habes audire paratum
 Omnem doctrinis ac justitiis decoratum.

Caput 10. *Curta loquens.*

Filius hîc legitur sapiens cum non sapiente:
 Justus cum reprobis: operans cum nîl faciente:
 Simplex cum pravis, & amantibus atque odiente:
 Et taciturnus homo tandem cum multa loquente.

Caput 11. *Virtus.*

Hinc volvas, æquum cum justo qui veneraris,
 Virtutesq; colis, quæ commoda promerearis;
 Ast opibus vanis, & crimine si cumularis,
 Plurima passurus quondam mala commemoraris.

Caput 12. *Disciplinatus.*

Qui disciplina cupidi sunt, aut odientes,
 Narrantur pariter malè vel justè facientes,
 Gnavi cum pigris, & cum stultis sapientes:
 Quæ bona vel mala sint linguæ causare valentes.

Caput 13. *Egentes.* *

Gnatus doctus: & (a) os: cum divite (b) dives
egente:

Lux reprobis: quæ sunt dilata. parta repente
Cum spe: consiliis age: pergas cum sapiente:
Qui parcit virgæ: de ventreque non sat habente.

Caput 14. *Doctorum.*

Doctorum ac stulti varia sunt conditiones:
Vera status rectè prudentia regulat omnes,
Clementesque facit: moderatur seditiones
Mentis; sed noxæ ducunt ad perditiones.

Caput 15. *Omnia scit.*

Responsum tenerum: tum (c) lingua: (d) Sa-
crumque nocentis:

Cuncta Deus scit: ovans cor: lux est tristis egentis:
Invitans ad olus: (e) rixosus: laus patientis:
Crimina quid purget: laudes (f) Divum metuentis

Caput 16. *Cor ponderat.*

Dum tu corda paras, librat Deus, ille operator
Propter se, clemens & culparum (g) relevator:
(h) Libra: scelus (i) redimas: doctus tenet, ac co-
lerator

Laudem, non stultus: Deus est sortis moderator.

(a) custoditum, vel non custoditum. (b) pauper. (c)
Sapientis, & immoderata. (d) ingratum. (e) & iracun-
dus. (f) & humilis. (g) cui abominatio est arrogans. (h)
Dei iudicium. (i) eleemosynâ.

Caput 17. *Offaque.*

(a) *Offula cum plausu*: (b) *servus*: proba (c) *cordis*: egentes

Spernens: applaudens damno: delicta tegentes:

Frustra stultus habet gazas: sublimè struentes:

Fidus Amicus: ovans, mcestus, stultiq̄ue tacentes.

Caput 18. *Vera.* *

A socio migrans: cui non correctio restat:

Vera tene: os stulti: prior accusatio præstat:

(d) *Adjutus*: (e) *labium*: mulier bona, quævè molestat:

Dives, egensq̄; loquens: & amicus qui benè perstat.

Caput 19. *Erudias.*

(f) *Simplex*: dives habet notos: testans malefidè:

Cum (g) *stulto* (h) *patiens*: (i) *Rex*: gaudens fœmina lite:

Divus dat nuptam: piger: implens omnia ritè:

Instrue prolem: addens genitoris tædia vitæ.

Caput 20. *Vinum.*

Luxus in est vino: non Regem læde: caveto

Bella: (k) piger: nemo mundus: somnum removeto:

Mendax: secretum pandens: mala non redhibeto:

Hæres accelerans: soliô fruar unde quietô.

K 5

Ca-

(a) *Sicca*. (b) *Sapiens*. (c) *quod Deus probat*. (d) *à fratre*. (e) *quem fructum habeat*. (f) *pauper*. (g) *quem deliciae non decent*. (h) *doctus habetur*. (i) *iracundus & hilaris*. (k) *propter frigus non laborans*: & rex in solio.

Caput 21. Cor.

(a) Cor Regis : clemens libanti vir præhabetur :
 Divitiæ falsæ : sedes tibi vilis ametur :
 Et furdus miseris : epulans : cui lingua tenetur :
 (b) Optans : in Divum doctrina nec invenietur.

Caput 22. Famaque.

Laus (c) famæ : (d) vafri : juvenis manet, ut fuit
 antè :
 Prava serens : (e) risor : cor munda : de (f) pigri-
 tante :
 Cor puerile : viæ non sunt Sponsoris amandæ :
 De conservandis metis, & opus celerante.

Caput 23. Non preme.

Cum Duce quî comedas : non gaza, nec esca pe-
 tenda
 Invida : non orbos preme : proles est ferienda :
 Quæras doctrinam : reproborum plebs fugienda :
 Qui genuere, colas : vinum, meretrixque cavenda.

Caput 24. Pressos. *

Linque malos : Sapiens : stultus : *pressirelevandis*
 Mel sunt doctrinæ : justî non sunt tribulandi :
 Sit justus Judex : homines non voce cibandi :
 Nulli redde malum : paupertas fit pigritanti.

(a) in manu Dei. (b) piger, quem desideria occidunt
 (c) bonæ. (d) videntes malum. (e) ejiciendus. (f)
 qui dicit, leo & c.

Caput 25. *Famam non rodas.*

Divi ac Regis honor: cor Regis: mente tumente
 Non sis: *non minuas*: (a) res secretæ retinendæ:
 (b) Lingua: mel inventum: putrido cum spicula
 dente:

De tinea: benefac: de multum mellis edente.

Caput 36. *Volucris.*

Gloria stultorū: (c) *volucres*: eque verbera sentis:
 (d) Responde: (e) stulti vox: atque honor insipientis:
 Rixæ: damnificans: iratus: labra tumentis:
 Abscondens odium: (f) fodiens: os decipientis.

Caput 27. *Jaſtatio.*

Crastina non jaſta: non esto tibi celebratus:
 Ita gravis stulti, publiceque vir increpitatus:
 (g) Vulnera: vicinus penēs: orcus non saturatus:
 Stultus contusus: de capra sis fatiatus.

Caput 28. *Celans.* *

Prave fugis: (b) Princeps multus: proba qui dat
 egenti:

Indigus ac dives: sunt gaudia justa gerenti:

Abscondens crimen: bene fit semper metuenti:

Dux prudens: operans terram, furansque parenti.

Ca-

(a) ubi etiam mala aurea, in auris aurea, frigus in mes-
 se, nubes sine pluvia, aqua frigida, fons turbatus memo-
 rantur. (b) mollis. (c) ad alia transvolantes. (d) stul-
 to. (e) ubi etiam habetur de nuntiis stultis, cane ad vo-
 mitum redeunte, sapiente propriō judiciō. (f) foveam.
 (g) diligentis. (b) propter peccata terræ.

Caput 29. *Gratis culpatus.*

Culpans spretus: (a) justi: (b) doctrinæ redamator:
 Amens: (c) rixans: mendaces: bonus Induperator:
 Injusti: doceas prolem: verbi celerator:
 Ira: tumens fastu: furti tum participator.

Caput 30. *Ignitaque.*

Vicinus Divo: non facta Dei capiuntur:
Ignæ vox Divi: (d) genituræ despiciuntur:
 Non satur, atque (e) oculus: sola per tria mota: le-
 guntur
 Parva soli quatuor: tria sunt, bene quæ gradiuntur. *

Caput 31. *Fœmina fortis.*

Non est gazarum mulieri danda potestas:
 Nec Reges vinô, sed turbas pascito mœstas:
 Muto fare: inopem defendito: *firmaq; gestas*
Fœmina tu laudes: est falsa decoris honestas.

(a) multiplicati. (b) additur & rex justus, blandus amicus, vir sanguinum, pauper & creditor, correctio, delicatè servum nutriens, timens hominem. (c) cum subdito. (d) adde & vanitatem, mendacia, mendicitatem, divitias; non accusandus servus apud dominum suum, tria difficilia, vehementer emungens. (e) patrem subsannans.

LIBER ECCLESIASTIS.

Argumentum.

Ecclésiastes agit de mundi vanitate, de vitiorum contemptu, & de profectu ambulantium in via Dei. Et habet Capita 12.

ECCLE.

ECCLESIASTÆ.

Caput 1. *Angor mentis.*

Omnia vana: novum sub sole nec est reperire:
 Ægrè in notitiam rerum contingit abire;
 Quin vanum est illas inquirere, velleq; scire:
 Hac etenim mentem cruciabit res tibi dire.

Caput 2. *Cumulatio.*

Delicias & opes, fabricas, hortumque tenentis
 Est vanum studium, fit & hinc afflictio mentis:
 Vana est heredi cumulantis cura parentis,
 Ejus enim vitæ nescitur forma sequentis.

Caput 3. *Transit.* *

Res venit & transit quævis ætate statuta:
 In fluxis non est his menti pax bene tuta:
 Sic homines pereunt veluti vanissima bruta:
 Hæc sunt istius capitis tibi verba locuta.

Caput 4. *Bella illata.*

Mundus hic arguitur, quia qui non nocui patiuntur:
 Invidiæ regnant: (a) stulti que quiete fruuntur:
 Utilitas socii: Rex, regnaque vana sequuntur:
 Qui parent, stultis libantibus anteferuntur.

Caput 5. *Vovens.*

De Divo temerè nil dic: vorum redhibendum:
 Est Judex reprobis, hinc pressio regnat egentium:
 Non satis ad parci cor habetur gaza replendum;
 Sæpè tamen proprium dives gregat in nocumentum.

Ca-

(a) cum alius heredem non habens thesaurizet,

Caput 6. *Et avarus.*

Audi nunc lector sapientem talia fari,
 Quòd miseris vanè curis retinentur avari,
 Qui rebus, quamvis fati sors cogat amari,
 Uti non audent, (indigni commemorari.)

Caput 7. *Celsaque.*

Alta cave: quædam magè selige: pluris habenda
 Est sapientia cum gaza: lux prava cavenda:
 (a) Justus non multū sis: fert (b) mulier nocumenta:
 Tandem non habuit, dum conditus est homo, menda.

Caput 8. *Præfens.* *

In vultu lucet sapiens: sacra jussa operere:
 Hoc, quod adest, homo scit, nec quit necis arma cavere:
 Fit scelus ob veniam: justumque, malumque manere:
 Sors solet una: Dei rimari facta verere.

Caput 9. *Ceu nil doctus inops.*

Nemo scit, an sperni, vel amari promereatur:
 Hic fit idem cunctis: defunctus non operatur:
 Nunc igitur fac opus: Sapientia plus celebratur
 Robore, ceu nihilum tamen in misero reputatur.

Caput 10. *Contrà stes.*

(c) Doctus & insipiens: contra tentamina stetur:
 (d) Stultus: (e) dives: (f) dux: serpens detractor ha-
 betur:

(a) aut sapiens. (b) si cum ea familiaritatem habeas.
 (c) inter se distincti. (d) & servus elevatus. (e) hu-
 miliatus. (f) per pedes ambulans.

Rex puer & princeps, dapibus qui manè repletur:
Non sua divitibus, nec Regi fama nigretur.

Caput II. *Da.*

Da, quod habes, aliis: bene noveris atque operari:
Nam non iudicium post mortem quit variari:
Iudicium, quod erit, crebrius debet memorari:
Debet & ira ferox procul, improbitasque fugari.

Caput 12. *Rationem.* *

Ad Numen Juveni sunt lumina conjicienda,
Donec non senium veniat cum morte timenda:
Cum vana omnia sint, lex est divina tenenda,
De cunctis quoniam ratio semel est tribuenda.

CANTICA CANTICORUM.

Argumentum.

Cantica Canticorum Salomonis à diversis Do-
ctoribus diversimodè exponuntur. B. Gre-
gorius exponit ipsa de Christo & Ecclesia, B.
Alanus verò de Christo Jesu ac Virgine Maria;
Sancta tandem Ecclesia de conjunctione Christi
cum anima. Et habet Capita 8.

CANT.

Caput I. *Audit botrus.*

Dum pia Sponsa petit sermonibus oscula blandis,
Nomen, vinum, & lac Sponsi dilaudat amantis:
Ipsam fasciculo dein myrrhæ suavè fragrantis,
Et botro similat cypri bona germina dantis.

Caput 2. *Fulciri.*

Sponsa cupit nitidò fulciri Regia flore,
 Stiparique petit malis, quia languet amore:
 Adjurat Solymæ Natas hõc deinde tenore:
 Suscitet è placidò Dilectum nemo sopore.

Caput 3. *Quærit.*

Per noctes Sponsum perquirat Sponsa beatum,
 Nec, quando reperit, nimiùm dimittat amatum:
 Dumque facit currum Salomon sibi Rex decoratum,
 Ponit ei genitrix aurò diadema paratum.

Caput 4. *Et hortus.**

Quam pulchra es! Sponsã sic sponsus magnificavit,
 Cujus de membris & laudes accumulavit:
 Dumque dari maculas in ea non esse notavit,
 Horti ipsam clausè titulò deïn decoravit.

Caput 5. *Blandè accit.*

In fragrantem hortum Sponsum sua Sponsa vocabat,
 Pandebatque fores; sed sponsus retrò meabat:
 Cujus deïn crines dum palmis affimilabat,
 De reliquis pariter membris laudes cumulabat.

Caput 6. *Castrum.*

Hortum Sponsus adit capturus lilia grata,
 A quo de Sponsæ forma laus est recitata:
Ipsaq; terribili castro fuit equiparata:
 Mox aurora fuit, tum sol, & luna vocata.

Caput 7. *Vocat ad rus.*

Dum Sponsus Sponsæ membris laudū dat honorē,
Sponsa vocans ad agros sponsum nive candidiorem,
 Heus!

Heus! surgamus, ait, visuri, an vinea florem
Proferat: & dicit: Mandragora jam dat odorem.

Caput 8. *Exteriusque.* *

Charum Sponsa foris Fratrem cupiebat habere:
Hæc verò Sponsi stimulantis verba fuere:
Me veluti signum debes ad pectora ferre,
Vim quia amoris aquæ restinguere non potuere.



LIBER SAPIENTIÆ.

Argumentum.

Liber Sapientie agit de regimine Prælatorum,
& de conservatione Justitiæ, atque idolorum
contemptu: & de adventu ac passione Christi, ubi
elucet vera Sapientia. Et habet Capita 19.

SAP.

Caput 1. *Ad vitam.*

Sit justus Judex: simplis Deus (a) invenietur,
Qui quia cuncta replet, res cunctas scire docetur:
Murmur, vox minuens, mendaxq; cavenda monetur:
(b) *Ad vitam totum fecisse Deus perhibetur.*

Caput 2. *Hostes.*

Delicium reprobis scopus est, cui nulla futuri
Spes super: hinc justo (*fines sunt huic quia puri*)

L

Mor-

(a) fugit autem à peccatorib. & van. cogit. (b) non
ad mortem, quam sibi pecc. accersierunt.

Mortis ad usque sua sunt hostes tempora duri:
 Tu dederas mortis (a) nos dæmon invade juri.

Caput 3. Castorum.

Sors bona justorum, quos sprevit turba malorum,
 Tentavitque Deus: fors infelix reproborum:
Castorum sequitur merces, operumque bonorum:
 Infelix, quemquem ruptor genuit thalamorum.

Caput 4. Castaque.

Hic, quod *casta præt turpem generatio*, spectata:
 Juste refrigerium est tibi: quæ veneranda senectæ:
 Ne seducantur, tollit Deus agmina lecta:
 Est justî à reprobo distantia deinde relecta.

Caput 5. Justi. *

Gloria cum justis sit, prosperitasque perennis,
 Injustoque fluat fortuna brevissima, plenis
 Hinc isti manant lacrymarum lumina venis:
 (b) Sumit pro reprobi Deus arma ferocia pœnis.

Caput 6. Bellè opplens.

Sit Rex & Judex sapiens, justusque, manebit
 Nam gravis injustos Rectores pœna: favebit
 Obvia quærenti *Sapientia*, teque replebit
 Illa reperta bonis, quæ livida corda cavebit.

Caput 7. Ut adis.

Cum, prout adventas, sic & cogare redire,
 Elige doctrinam, quæ dat bona cuncta venire,
 Datque intellectum: laudatur postea mirè,
 Quam Deus Authori largè dedit huic reperire.

(a) cum à Deo immortales creati essemus. (b) tum per
 se, tum per creaturas.

Caput 8. *Bona fert.*

*Omnia cùm secum soleat Sapientia ferre,
 Quæ tibi de toto cor mundo poscit habere,
 Illam semper ames, precibusque à Numine quære:
 Solus enim Divus tribuet te posse tenere.*

Caput 9. *Sapientia nostra.* *

*Exorat Sapiens, qui se nimis esse fatetur
 Infirmum, verax ut ei Sapientia detur,
 Quam cunctos inter plùs Rector habere tenetur:
 Vana quòd est hominis sapientia, namque docetur.*

Caput 10. *Clausit aqua.*

*Adæ, Noëmo, Lot, Abræ sapientia favit,
 Quorum cum Joseph & Moysè pericla levavit,
 Quò duce trans Pontum quoque Divi castra vocavit,
 At maris in fundum Pharaonem precipitavit.*

Caput 11. *Et duxit.*

*Hec per desertum duxit, dum gens superata,
 Fons datus, & pœnis Ægyptus erat cruciata;
 Cùm tamen ipsa Deo toleretur plebs scelerata,
 Perdere vel nutu qui posset cuncta creata.*

Caput 12. *Selectis.*

*Longanimi Terræ Sanctæ (a) reprobos pietate
 Corripuit Divus, cùm (b) posset perdere latè
 Omnia: nempe sua spem fecit de bonitate
 Electis, ut eos revocaret ab improbitate.*

L 2

Ca-

(a) non subito eos delens. (b) tanquam omnium do-
 minus, nulli illatâ injuriâ.

Caput 13. *Non didicere.* *

Sunt vani, qui non per facta Deum didicere;
Sed magè res factas pro numinibus coluere:
Stultius est fabri pro Divis facta tenere,
Ex quèis notitiam venturi poscis habere.

Caput 14. *Deservit navis.*

Prodest navis: in hac in flumine depopulante
Mansimus: idolum maledictum cum fabricante
Quæ simulacrorum fuerint exordia: quantæ
Pernicies factæ cultu statuas venerante.

Caput 15. *Fabricatores.*

Vox Justi Divum suavem probat, atq; benignum,
A quo idolorum cultum tulit ipse malignum:
Et ridet Sapiens hunc turpi scommate dignum,
Qui fabricat, vel habet vanum pro Numine lignum.

Caput 16. *Colubrorum.* *

Plectitur Ægyptus; sed plebs Hebræa cibatur:
Serpentum morsus patitur tamen, & reparatur;
Impius at bruchis, muscis, ignique necatur,
Cùm tamen Hebræis cæli panis tribuatur.

Caput 17. *Exurgunt tenebræ.*

Natio vesanis Ægypti rupta cerebris
Dum regnare putat Sanctis, fit septa tenebris:
Fit vexata metu: fit visis territa crebris:
Et manet in reliqua lux orbis parte celebris.

Caput 18. *Lucebat.*

Lux nitet Hebræis, flammæ ductuque beatur:
Aliger Ægypti primogenitum populatur:

(a) Israël's populus mortis terrore gravatur,
Pro quo mox Aâron incensa dat, atque precatur.

Caput 19. Præcipitantur. *

Dum capit Ægyptus (b) pœnas, intratq; fluentum,
Interit; Hebræis caro sed datur ad comedendum:
Hic, qui non recipit, visu caret: est elementum
Justis obsequium, pravis verò nocumentum.

(a) in seditione Core iram Dei provocans. (b) mu-
scarum & ranarum.



LIBER ECCLESIASTICI.

Argumentum.

Ecclesiasticus agit de illis, qui volunt animum
intendere & discere, quemadmodum oportet
instituire mores, qui secundum legem Do-
mini proposuerunt vitam agere. Item enarrat
obedientiam subditorum, sapientiæ nobilitatem,
ac laudem Sanctorum. Et habet Capita. 51.

ECCLI.

Caput I. A Divo oritur.

(a) Incomprensa datur sapientia nata potenti
Pridem de Divo, qui tradit eam (b) metuenti:
Nam non hæc tantum, sed virtus cuncta timenti
Additur: ad Divum sit simplicitas venienti.

L. 3

Ca-

(a) & in creaturis relucens. (b) ac ipsum diligenti.

Caput 2. *Famulans.*

Sit justus famulans Divo, timeat, patiatur:
 Credito, fide, time, sic fructus suppeditatur:
 Væ, si non credis, vel si tibi nîl toleratur:
 Effectusque metûs divini deinde notatur.

Caput 3. *Veneratio.*

Non venerando patrem perdis, venerando lucraris:
 Contra scrutantes tu laude modeste bearis:
 Cor durum & nequam damnatur: vituperaris
 Mente tumens: sapiens, tribuensque; stipem celebraris.

Caput 4. *Clemens.* *

Sis clemens: (a) sapias: confusio (b) bina: regenda
 Non tibi doctrina est: ad mortem est usque tuenda
 Justitiæ virtus: & sunt peccata fatenda:
 Verba sequatur opus: non plebs subjecta premenda.

Caput 5. *Cinæ lingue.*

Quòd dives, juvenis, vel fortis es, & miserentem
 Scis Divum, in vitio non te decet esse manentem:
 Non (c) vagus esto: decet cordatum te esse loquentem:
Linque susurrantem, verbumque duplex facientem.

Caput 6. *Et amor.*

Livor, amorque simul, probrum, feritasque, cruenta
 Non stat: (d) amicorum series est multa videnda:
 semper amanda tibi sapientia, sitque tenenda:
 Prudentes socii quærendi: iussa tenenda.

(a) sapientia enim est utilis ad multa. (b) bona & mala. (c) sed firmus & mansuetus in via Domini. (d) qui, si fuerint veri, non sunt satis æstimandi.

Caput 7. *Præsumptio.*

Linque malum: fastus: *præsumptio*: cumque timente

Mendax: cumque viro (a) verbosus rura colente:
(b) Fœmina cum (c) servis, (d) genitor cum (e) Cun-
ctipotente:

(f) Mystæ: sis clemens: & volve novissima mente.

Caput 8. *Fœnora.*

(g) Litem non habeas: non spernas crimina flentes,

Aut canos: hostes non plaude super morientes:

Canum audi: (h) carpas: *fœnus*: spondere solentes:

(i) Judex: audaces: irati: desipientes.

Caput 9. *Cautè.* *

Cum muliere tibi nimis est prudenter agendum:

Antiquum socium cole: non zelanda nocentum

Gloria: devita, qui jus habet ad perimendum:

Cum doctis tractes: coram te Numen habendum.

Caput 10. *Cives sic.*

(k) Judex: ut *Rector*, sic sunt cives: (l) moderatur

Divus: sis humilis: homo vermis: corque levatur,

Si fugis à Divo, cujus timor hîc celebratur:

Non spernatur inops: non dives honore colatur.

L 4

Ca-

(a) coram Presbyteris. (b) bona laudatur. (c) in veritate operantibus. (d) filios docens & filias elocans: quem filii honorent. (e) honorando. (f) honorandi. (g) cum potente, locuplete, linguato, indocto. (h) peccatores & contumeliosos. (i) justè judicat. (k) sapiens. (l) omnia.

Caput II. *Nec opes.*

Demissus sapiens : non ex specie faciamus
 Judicium : coram rem Judice perficiamus :
Non cumulemus (a) opes : & (b) cuncta Deo tribua-
 mus :

Non quiscunque domum subeat : vafros caveamus.

Caput 12. *Non fide.*

Fac bene cum iusto : reprobis non suscipiendus :
 Noscere vix poteris , quis verus amicus habendus :
Hósti non fidas , intus (quamvis opulentus
 Fletus amicitiam notet) est lupus ille cruentus.

Caput 13. *Nec associeris.* *

Divitis & tumidi non sis , sociusq^{ue} potentis :
 Numen ama : placeat tibi proximus : est id egentis
 Defectus , si se conjungere vult opulentis :
 Est dives charus : tu pauper scommata sentis.

Caput 14. *Divitiæ.*

Felix non lapsus verbô : fert nummus avaris ,
Liventiq^{ue} malum , nam fatis dantur amaris :
 Ante (c) necem (d) benefac : fragilem te confitearis :
 Justa ac doctrinam meditans , felix vocitaris.

Caput 15. *Cernit.*

Felix doctrinam sectans , quæ desipienti
 Non datur , ac falsis : non crimen Cunctipotentis ,
 Sed tibi da , propriâ cui libertate fruenti
 Justa tenere datur : *Divo patet omne videnti.*

(a) nec in iis fidendum aut gloriandum. (b) bona &
 mala, quorum memor esse debes. (c) Quæ non tardat.
 (d) de substantia.

Caput 16. *Novit.*

Gnato haud plaude malo: (a) pietas tua Numen
& (b) iræ:

Clementis meritum: *Divus datur omnia scire,*
Cujus judicium debent quoque cuncta subire;
Ejus porrò nequit scrutans factum reperire.

Caput 17. *Factus.*

Lex homini facto data cum dono memoratur:
In varias & abit gentes: tandemque creatur
His Rector, quorum spectat Deus acta: notatur
Vis stipis: est miserens Divus, si (c) culpa fleatur.

Caput 18. *Memorare.* *

Inscrutabilis est Deus, & miser est homo verè;
Sed miseretur ei Divus: reliquis miserere:
Qualiter æger agas, & quâ ratione precere:
Judicium memora: propriis non sensibus hære.

Caput 19. *Ebrius.*

Vina: libido: loquax: credens citò verba lo-
quentis:

Nequitix gaudens, atque osor corripientis:
Inque malis lætans: discretio verba serentis:
Corrumpens: humilis fictus cum laude tacentis.

Caput 20. *Atque placens.*

Carpens, atque dolens culparus, lausq; silentis
Verbosus: donum sapientis & insipientis:
Promittens falsum: mendax: laudes sapientis:
Magnatiq; placens: de donis non capiendis.

(a) in bonos. (b) in malos. (c) de qua, dum sanus
es, agere pœnitentiam oportet.

Caput 21. *Devitandum.*

Hoc tibi peccator crebrius caput est relegendū,
 Ut respiscendi sanum capias documentum :
Hinc disces vitium generaliter antè cavendum,
Et scelus in specie varium datur inde videndum.

Caput 22. *Lapidatus.* *

Est lapidatus iners : gnatus malus : insipientes
 Natae : lugenti cantans : fatuumque docentes :
 Plora defunctum : nil stulto dic : metuentes :
 Stultus : amica fides perstet : linguam retinentes.

Caput 23. *Fastus.*

Hoc caput in fastum, luxumque, gulamque minatur :
 Jurans : impropers : trinumque genus memoratur
 Criminis : ad crimen qui se monet, increpiratur :
 Culpae mœchantis ; Divique timor celebratur.

Caput 24. *Et invitat.*

Quas habeat laudes sapientia, protulit ore
 Author veraci, quò nata sit & genitore,
 Quæ magnò se se sectandam suadet amore ;
 Illustratque suæ doctrinæ cuncta nitore.

Caput 25. *Non suspiciosa.*

Sunt tria grata Deo, tria non : *non suspiciosa*
 Ter tria : lausque metus Divi : mulier vitiosa :
 A muliere scelus cœpit, mors & lacrymosa :
 Non permittendum, mulier sit ut imperiosa.

Caput 26. *Timenda.* *

Dicitur hîc rursum mulier bona laude colenda ;
 Sed cum zelotypa legitur mala despicienda :
 Custo-

Custodi natam: tria sunt, quæ sunt metuenda:
Et duo contristant: ex binis damna timenda.

Caput 27. Gazæ amor.

Peccat inops, & amans gazam: Divum timeatis:
Est proba tentamen: bene justitiam teneatis:
Inconstans stultus: sint verba modesta: tegatis
Secretum alterius: non insidias faciatis.

Caput 28. Et parcas.

Non ulciscaris; sed parcito: (a) lis removenda:
Linguæ damna: tulit mala tertia lingua tremenda:
Est auris contra linguam nequam cohibenda,
Frænaque labilibus sunt oribus injicienda.

Caput 29. Sis largus.

Mutua dans aliis succurre, fidemque tenebis:
Danda (licet fallant te) (b) stips: grates redhibebis
Iussori fidei: vitæ deîm hujus habebis
Volvere cœpta: vagos mox, ingratosque videbis.

Caput 30. Percute.

Castiga natum, quoniam vix damna cavebis
Indulgendo: valens opibus corpus præhabebis:
Tristitiam fugito, per eam tibi quippe nocebis:
Proderit hoc multum, si pectora læta tenebis.

Caput 31. Paucum.

Zelus honestatis: præscire petens, & (c) egentes:
(d) Dives: amans (e) nummos: opulenti labe ca-
rentes:

Men-

(a) & ira. (b) cujus laus describitur (c) qualiter laborent.
(d) qualiter laboret. [e] in quibus multi sunt casus.

Mensa modesta esto : sobriique, dapemq; sequentes:
Demum laudantur modicum de vite bibentes.

Caput 32. Hortans peccantem.

Munus Rectoris : senior det verba : taceto,
Si non audiris : juvenis tua labra teneto :
Laus taciturnorum : tua discute recta : (a) timeto:
Carptus abit : nunquam sine consiliis quid habeto.

Caput 33. Figulus.

Cum sapiente (b) timens : inconstans cor fatuorum
Subsannans : ævi factor (c) Deus & reliquorum,
Ac figulo similis : mala sunt adversa bonorum :
In nece distribuas : tractatio quæ famulorum.

Caput 34. Fraudans.

Vifio, divinans, augur, mendax (a) memoratur:
Laus expertorum : metuens te Dive beatur :
Sacra mali : *fraudans inopes* : huic ædificatur,
Destruit ille : scelus plorans, quod mox operatur.

Caput 35. Holocausta. *

Victima grata : Deo vacui non advenietis :
Læti libetis : pronum citò Numen habetis
Vos inopes, orbi, viduatæ, quæ mala fletis :
Exaudis (e) justos Deus, & cunctis sua reddis.

Caput 36. Invocat.

Hic super Israël Divus, Solymamq; vocatur,
Et timor in Gentes, vis Numinis ut recolatur.

(a) Deum. (b) laudatur. (c) à quo sunt dies & tempora.
(d) quòd in his omnibus vanitas sit. (e) & se humiliantes.

Cor de in sensatum cum pravo commemoratur :
Vir bene per speciem (a) mulieris lætificatur.

Caput 37. Et potans.

Fictor amicitiae: discretio consiliorum:
Cum quibus consultes: laudantur dicta piorum:
Cor quatuor generat: (b) sapiens: odium sophico-
rum:
Tu tentes (c) animam tibi: perniciēs ebriorum.

Caput 38. Plorandi.

Detur honor medicis: à te sunt Dive medelæ:
Qualiter æger (d) agat: fle functum: (e) tristia pelle:
Sed necis esto memor: tractas opifex tua bellè;
Attamen haud unquam Regis dantur tibi sellæ.

Caput 39. Cunctividensque.*

Est sapientis opus clarum, nomenque perenne:
Lauda facta Dei, qui pervidet omnia plenè,
Quivè bonis bona dat, mala pravis: in bona penè
Cuncta bonis cedunt; sed (f) pravis sunt ea pœnæ.

Caput 40. Lumina deflectas.

Sunt (g) juga dura: perit totum: malè dives ha-
bebit:

Tum binaria sunt: metuas: & nullus egebit:

Ad mensas oculos aliorum nemo movebit;

Disciplinatus quod vir, doctusque cavebit.

Ca-

(a) quæ, si fuerit bona, est felix possessio. (b) laudatur.
(c) cui potestas non est danda, si nequam fuerit. (d) er-
ga Deum & medicum. (e) hæc enim mortuo non prosunt,
tibi autem nocent. (f) ad quos puniendos & cætera crea-
ta sunt, (g) hominis.

Caput 41. *Nomen.*

Est memorare (a) necesse grave: Divo vos tribuatis:
 Sunt diræ reprobis: *bona nomina possideatis:*
 (b) Dóctrina & gazæ tectæ: fontes (c) rubeatis:
 Aspiciete in fratres: alienam non cupiatis.

Caput 42. *Nata.*

Secretum servet: acceptio tum prohibetur
 Personæ, & quædam peccata: datumque notetur:
Custodi natam: (d) mulieri (e) vir præhabetur:
 Facta Dei bona sunt, cui res quæcunque videtur.

Caput 43. *Astræque.*

Monstrat virtutem Factoris forma polorum,
 Et sol, ac stellæ, grando, flamenque sonorum,
 Iris, nix, nubes, tonitru, glaciesque, fretorum
 Cum grege: non Divo sat laudum das, & honorum.

Caput 44. *Patres.**

Hic cum stirpe Patrum generatim laude peracta,
 Enoch atque Noë sunt huc quoque nomina tracta:
 Tum laudatur Abram, cui fertur sponsio facta:
 Isâci que dein, & Jacob cernimus acta.

Caput 45. *Moyfes.*

Terris atque Polo *Moyfes* laudatur amatus:
 Post Moysem Aâron est encomiis celebratus:
 Additur & Phinees hujus mores imitatus;
 At Core coetus subito fuit igne necatus.

(a) quam tamen metuere non debes. (b) inutilis. (c)
 id est, erubescatis. (d) beneficienti, est autem periculosum
 cum muliere commorari. (e) iniquus.

Caput 46. *Et Josue.*

Ex istis dabitur tibi cognovisse tabellis;
Que Josue meruit claris præconia bellis:
 Dicitur & Caleb Divo mansisse fidelis:
 Volvere deïn laudes etiam dabitur Samuelis.

Caput 47. *David Rex.*

Ut Nathan noscas, caput hoc coràm tibi pone:
Et David hìc laudes habet Heros ille leone
 Fortior, ac propriò Goliath trucidans pugione:
 Adduntur demum præconia de Salomone.

Caput 48. *Atque Eliseus.* *

Jam nunc Eliam, *Eliseum postea canto,*
 Et simul Ezechiam, ac Isaiam quoque pando,
 Israël coram qui Numine multa precando
 A grege Sennacherib salvum tenuère nefando.

Caput 49. *Non justì Reges.*

Laus Josiæ: *præter David, Ezechiam, Josiam*
Peccârunt Reges, qui direxère Judæam:
 Ezechiel, Zrobabel, & Jesus post Jeremiam,
 Atque Enoch, Joseph, Seth, Sem sunt post Nehemiã.

Caput 50. *Author quis.*

Laudatur Simon Oniã Mystâ generatus:
 Est odio binus populus datus; evacuatus
 Tertius est cerebrò *Jesus hujuscè vocatus*
 Est *Author libri,* de Syrach patre creatus.

Caput 51. *Magnificavit.* *

Ad te se tandem Scriptor Deus optime flexit,
 Et multiplicium laudum vocem tibi textit,
 Cui mox verba simul te magnificentia nexit:
 Et sic ad finem sua ritè volumina vexit.

PROPHETIA ISAIÆ.

Argumentum.

ISaias agit de reprehensione Judæorum, & Adventu Christi in carnem, ac ejus Passione: de vocatione Gentium, & de regno Juda & Israël. Et habet Capita 66.

ISA:

Caput 1. *Aspernatur.*

Isaias Solymis & Judæ (a) vaticinatur:
 Tum (b) mala prædicit: *sacra dumq̄, Deus stomachatur,*

Quid placaturi faciant, docet: atque profatur
 Ob noxas pœnam: bona deïn prælagia fatur.

Caput 2. *Ad montem.*

Ad montem Domini cun̄ctæ Genti venietur:
 Ense Sion (ex qua lex ibit) non quatietur:
 Pro Bâl, & noxis aliis Jacob abjicietur:
 Ac tumidos reprimens Deus in sublime vehetur.

(a) ob ingratitude[m] & alia scelera. (b) miserrimâ scil. desolationē, cū[m] etiam puniti ad Deum non revertentur.

Caput 3. *Pro scelere.*

*Ob scelus Hebraus pœnarum colluvioni,
Et pueri dabitur, mollisq; viri ditioni:*
Arguitur Senior : causabunt probra Sioni
Mores elati, carnisque ad crimina proni.

Caput 4. *Unum **

Unus septena vir sponsus erit mulieris :
Germen erit Divi magnum : & mundanda doceris
Gens reliqua Israël, sanctaque salute frueris :
Et tutè vives, ac forte bonâ potieris.

Caput 5. *Botrus abest.*

Vinea(a) labruscas fert: fors mala multa gregantis:
Potans : contemptus Deus : orcus : seque levantis
Pressio : sublimis Deus est : fors justa patrantis :
Væ noxis : signis terretur Juda levandis.

Caput 6. *Tacuit.*

Gloria visa Dei Vati fuit, & sibi fatur
Va muto; sed Præco fit, os dum purificatur:
Cæcus erit populus, donec Juda concutiatur;
Urbs deserta tamen mox multiplicanda notatur.

Caput 7. *Virgo.*

Israël atque Syri Solymam cinxere, Propheta
Hancque negat vinci; sed ait, de Virgine facta
Quod fluet Emmanuel: & dum desertio fœda
Israëlem tanget, cruce fit Judæa repleta.

M

Ca-

(a) ideo danda in direptionem : per quod iudicium
ac desertio Judæorum, & eorum peccata describuntur.

Caput 8. *Nomen.*

Scribendum (a) Pueri nomen: Syrii tribulanda, Israëlisque cohors, (b) fors estq; Judæ relevanda: Verba liget testis: lex est signoque notanda: Et mala plura fluent pro lege Dei violanda.

Caput 9. *Parietur. **

Christus nascetur, regnum sibi qui cumulabit: De Syrioque Judam Deus, atque Israël levabit, Queis regnum, quoniam nolunt remeare, gravabit Bellis; Israël tamen gravius onerabit.

Caput 10. *Condens legem.*

Vae tibi, si legem sic es condendo privignus, Ut miseros angas: Rex Assur porrò malignus Planctus fundet, ut est pro fastus crimine dignus: (c) Israël reliquum convertet se bene pignus.

Caput 11. *Ortus.*

Christus venturus, sublimandusque notatur, Ad quem quòd veniet gens plurima, significatur: Gloria tum tumuli, conversio mox memoratur Israël reliqui: Gentisque fides recitatur.

Caput 12. *Salvus.*

Cantica tu laudum Vates isthic retulisti, Et grates etiam persolvendas monuisti, Quòd quondam veniet cum multo munere Christi Israël reliqui populo salvatio tristi.

(a) nascituri, (b) prius afflicta: licet multi ex Juda casuri sint, (c) quem Deus consolatur, ne ab Assur ti-
meat,

Caput 13. *Babylon.*

Huc, tibi quæ fuerant Isaia visa, reponis,
Pœna quòd adveniet vehemens internecionis
Crimina patranti populo prave Babylonis:
 Nam surget contra Medææ plebs regionis.

Caput 14. *Remigrabunt.* *

Dum genus Hebræum plaudet linguens Babylonem,
 Tam planget Babylon (jus cuius, & ambitionem,
 Et Philistæi caput hoc dat perditionem)
 Quàm qui ægram risit Judæi conditionem.

Caput 15. *Deflet cædem.*

Ulteriùs Vatis monitus sunt insinuati,
 Quòd duræ cædis dabitur Moab asperitati:
 Tum super hoc vehemens surgit compassio Vati,
 Quòd daberis tantæ tu turba Moabica cladi.

Caput 16. *Agnum.*

Agnum mittendum Vates sanctissime tristi
Ex desertorum petra Christum petiisti:
 Dumque ob perfidiam, fastumque Moab retulisti
 Vastandum nimiùm, paucos linqui docuisti.

Caput 17. *Tribulatoresque.*

Damascenus opem dans Israëli vapulabit,
 Israëlemque Dei nimis oblitam cruciabit
 Ferrea fors, ad eum tribulatus sed remeabit:
Væ populo, populum quicumque Dei tribulabit.

Caput 13. *Redibunt.* *

Ægypto Vates minitamina multiplicavit,
 Judæos in ea confidere dum stimulavit;

Judæum verò dulci solamine pavit,
 Quòd *veniet Solymam*, nuper flens unde meavit;

Caput 19. *Excidium.*

Hic *onus Ægypti* verbò datur uberiore,
 Quæ si transierit de vita luridiore,
 Tunc perfundetur solamine prosperiore;
 Salvator dabitur Divinò namque favore.

Caput 20. *Nudus.*

Pergebat nudus, nec plantâ tegmen habente
Vates, quò factò signatur ab Omnipotente,
 Vincla quòd Ægypto dabit, Æthyopiâ; repente;
 Et cruciabuntur Judæâ Gente stupente.

Caput 21. *Babylon.*

Hæc notat instantem Babyloni charta rapinam:
 Nam facient illi Medi, Persæque ruinam:
 Cernet Idumæus tum pœnam Grex inopinam,
 Ac miseri vitam ducent Arabes peregrinam.

Caput 22. *Solymæque.*

Quòd *Solymam Divus plectet*, *Vates* referebat,
 Quam flens, Assyriis (a) gratis obstare docebat:
 Atque locò planctûs epulantes corripiebat:
 Et Deus (b) Eliacim pro (c) Sobna substituebat.

Caput 23. *Tyrusque.* *

Tale per *Isaiam* Tyria de plebe docetur
 Verbum, quòd quoniam fastu vehemente repletur,
Annos per decies septenos cade premetur;
 Antiquo statui sed tandem restituetur.

[a] eò, quòd Deum negligenter. [b] cui magna da-
 tur potestas. [c] templi Præposito.

Caput 24. *Flagitium.*

Texitur hîc series multorum longa malorum,
 Quae mundo Divus dabit ob cumulum vitiorum:
 Additur interea consolamen reliquorum:
 Terribilisque dies memoratur judiciorum.

Caput 25. *Mirus.*

Grates persolvit Divo venerande Propheta,
 Facta quod ejus sunt mirabilitate repleta:
 Quodque Sionis alens super ille cacumina læta
 Dilectum populum, dabit illi munera fœta.

Caput 26. *Surgemus.*

Cantica nunc audi, queis grates Juda sonabit,
 Quando Deus justos mansuetus magnificabit,
 Et fatis reprobos infestis vilificabit,
 Qui dein surgendi defunctos sorte beabit.

Caput 27. *Leviathanque.* *

Leviathan pœna: Deus, ut pater, Israëlitas
 Corripit: atque urbes rumpet muris stabilitas:
 Israël Assyriam dum linques, ac malefidas
 Ægypti terras, (a) Solymam tunc cernere fidas.

Caput 28. *Germina vitis amans.*

Culpatus tumidus cum potu: *Mysta liquorum*
vitis amans: (b) ridens Dux Vatum verba piorum:
 Est ad terga Sion lapidum fundanda quadrorum:
 Risoris pœnæ, consolamenque bonorum.

[a] ibidem Deum adoraturus. [b] ponens mendacium
 spem suam.

Caput 29. *Liber.*

Obsidio Solymæ: cingentis pressio gentis:
Codex signatus: Juda cæcus: tu grave sentis
 Corda profunda tenens minitamen: lumina mentis
 Reliquiis Jacob bonitas dabit Omnipotentis.

Caput 30. *Invocat.*

Væ Juda, quòd vocitas contra genus *Affyrionum*
Ægyptum, Vatum contemptor & es monitorum:
 Qui convertentur, Deus est miserator eorum:
 Sors bona converfi: grave judicium reproborum.

Caput 31. *Auxiliator.* *

Dum meat *Ægyptum* Divum linquens habitator
 Judææ, & fidens homini, dat Vaticinator,
 Quòd cum mox illis perdetur opis quoque lator;
 Si convertentur, *Deus est erit auxiliator.*

Caput 32. *Horrida sors.*

(a) Rex cum Principibus: subjecti prosperitates:
 Principe cum stulto *mulieribus asperitates*
Divitibus, Divi sed plebi, candide vates,
 Cum requie pacis prædicis commoditates.

Caput 33. *Judam.*

Pressio Sennacherib, *Judamq; salus cumulabit*:
 Magna Dei virtus: tremebundus hypocrita stabit:
 Qualis cum Divo plebs in cælis habitabit:
 Et (b) Deus in Solyma fausta se magnificabit.

Ca-

[a] in justitia regnaturi. [b] Rex & legislator noster.

Caput 34. Gens.

Isthic Isaia præfagâ voce profaris,
 Quòd Divus Gentes vindictis franget amaris:
 Tum, quòd Idumæis (queis Divum testificaris
 Irasci) fiet vastatio magna, minaris.

Caput 35. Credens.

A sancto manant solamina talia Vate,
 Læta quòd his fient, securaque singula latè,
 Et quòd perpetuâ potientur prosperitate,
 Qui firmâ Christo se jungent credulitate.

Caput 36. Convitiansque.*

Sennacherib captor Judææ præsidiorum
 Mittit Rabsacen ad capturam Solymorum,
 Qui dans Ezechia cum Numine verba probrorum,
 Admonet, ut Regi se dedant Assyriorum.

Caput 37. Interimitque.

Dum probra Rabsaces ac Sennacherib faciebat,
 Mittens Ezechias, pro se rogitare petebat
 Isaiam, qui spem dat, & Aliger ut feriebat
 Agmina Sennacherib, per Natos ipse cadebat.

Caput 38. Addit.

Ezechia mortem fuit Isaias minitatus;
 Annis sed sanus quindenis est cumulatus,
 Quod Phœbô firmans Deus, addit, quòd relevatus
 Fiet ab Assyriis: & mox est cantica fatus.

Caput 39. Monstrat.

Ezechias gazas his monstrat, quos Babylonis
 Rex ad eum misit cum libris, cum quoque donis.

Tuque sacer statim Vates præſagia ponis,
In Babylonis humum quòd gaza levabitur omnis.

Caput 40. *Ceu flos.*

Christe (a) ſalus, Præco dictus Baptiſta fuiſti:
Flos homo: ſtans Divi vox: ortum dein lege Chriſti:
In Bâl cultores tua (b) robora Dive dediſti:
Et quòd ſperantes mutent robur, docuiſti.

Caput 41. *Simulacrum.* *

Divus vim falſis cultoribus inſinuavit,
Judæosque bonis variis cumulâſſe notavit:
Atque per hoc fortem e, propitiumque probavit:
Et quòd debile ſit ſimulacrum, dein memoravit.

Caput 52. *Laus danda eſt.*

Chriſte places Patri, tua factaque dein recitantur:
Atque monet Vates, ut laus, gratesque canantur:
Plectendi ingrati, cultor ſtatuaque notantur:
Ingratique Dei ſervi querulè memorantur.

Caput 43. *Verum.*

Credentes animans Deus augmen ſpondet eorum:
Et probat (ut narrat data, dandaque, multa bonorum)
Se verum Numen: populorum deinde ſuorum
Fit carptor, fuerant ingratorum quia morum.

Caput 44. *Fundetque.*

Solatur Divus, quòd *Flamen mittet, & undas:*
Tu Deus es ſolus, (c) cujus regit omne voluntas:
Et contra ſtatuas rationes ponis abundas,
A quibus & turbas ad te revocas vagabundas.

(a) & ſolamen Jeruſalem. (b) & ſapientiam. (c) &
qui omnia creâſti.

Caput 45. *Cyrusque.*

Cyrus, qui vincet, Vati fuit increpitatus,
 Quòd non noscit eũ, (a) tenet omnes qui dominatus:
 Tum (b) *Cyrus Hebræis, (c) Christusque fuit me-*
moratus:

Iustus, & est complens Deus, est quæ pollicitatus.

Caput 46. *Vocavit.**

Confringes statuas, reliquumque vocans Israëlem
Cum Jacob te das Deus in bonitate fidelem:
Carpis & ingratos: statuæ cultumque rebellem
Dein carpens, (d) redeant, ais: offers Emmanuelem.

Caput 47. *Mordaces.*

Vilificare Deus Babylonem velle docebat,
Et trivisse, gravi tam fastu quando tumebat,
Sevagq; captivos in Hebræos corda gerebat,
Auguris ac voces, incantantisque colebat.

Caput 48. *Implet.*

Numen ut Hebræum (e) durum nimis increpitasti,
Predictas à te res, impletasq; notasti:
Ac revocans illum te (f) Divum deinde probasti:
(g) Jussaq; quòd tua sint violata, querens memorasti.

Caput 49. *Dux.*

Est Christus factus (h) Dux: turbæ pacta vocandæ:
Sors bona credentis Christo: grates recitandæ

M 5

Sola.

(a) & cui nemo potest contradicere. (b) Judæos liberaturus. (c) nasciturus, & Judæis salus futurus. (d) ad te, qui omnia scis & potes. (e) & hypocritam, ac ingratum. (f) verum, qui es omnium conscius, tuique populi redemptor ac gubernator. (g) quibus observatis felices fuissent. (h) Gentium ac Judæorum salvandorum.

Solamenque Sion capiens (quæ planxerat antè)
 (a) Crescet : & hostiles turmæ sunt annihilandæ.

Caput 50. Reppudiata.

Est Synagoga suo pro crimine reppudiata ,
 Acceptare Ducem fidum Christum stomachata ,
 Cujus amore probris tulit hic plenissima fata :
 Hinc quondam fiet vehemente dolore necata.

Caput 51. Sionque. *

Confidisse (b) Sion (ut Abram Patriarcha) monetur ,
 Quòd mox promissis solaminibus potietur ,
 Cuï pariter felix per Christum sors orietur ,
 Atque hostis tandem cunctus faustè reprimetur.

Caput 52. Natio.

Felix plaude Sion , quia gratis es redimenda :
 Itur in Ægyptum : juga sunt Assur removenda :
 (c) Præco laudatur : Christo laus est tribuenda :
Gloria deïn ejus , sunt & probra , (d) Gensq; legenda.

Caput 53. Mors.

Spretus Præco : tuus deïn ortus Christe beate ,
 Duraque pro nostra prædicitur impietate
Passio , contemptus , tum funera cum bonitate ,
 Gloria multorum tandem cum credulitate.

Caput 54. Major.

Est Ecclesia plus Synagogâ multiplicanda ,
 Atque oblita mali longævâ pace beanda ,
 Fertur & è saxis pretiosis ædificanda ,
 In qua pax tandem doctis est plurima danda.

[a] per Gentes aventuras. [b] scil. Ecclesia. [c] E-
 vangelicæ pacis. [d] in Christum crediturâ.

Caput 55. *Fructus.*

Dive vocas ad aquas : sacri deïn sponſio grata
 Stat doni : plebs eſt à peccatis revocata,
 Nam Deus eſt clemens, promiſſa tenens ſolidata:
Fructus Praconum : credentis & optima fata.

Caput 56. *Pastor que.*

Dat monitum Divus præceptum non violandi:
 Eunuchi juſti : templum locus eſto precandi:
Culpat Pastores Solymæ minitamine grandi,
 Cæcis atque cani ſimilans latrare neganti.

Caput 57. *Quiescet.**

Juſte peris, & erit requies quondam tibi tanta,
 Ut malus haud capiat, cui mox (a) ſimulacra naſanda
 Exprobrat Divus reliquo cum crimine : ſancta
 Pax eſt converſis : (b) reprobis non eſt ea danda.

Caput 58. *Odit.*

Fictio Judææ gentis fuit increpitata,
 Cujus Divus ait ſibi non jejunia grata;
 Commoda ſed præſtant, ſi ſint ea quæ comitata:
 (c) Quò fit opus ritu celebrari Sabbata ſancta.

Caput 59. *Crudelis.*

Salvet ut Hebræos, Deus eſt virtute potenti,
 Eſt que pius; ſed ij culpâ prohibent vehementi:
 Tum poenâ plecti ſe dicunt convenienti:
Crudelis reprobo Deus eſt, mitis que dolenti.

Ca-

[a] pro quibus humiliatio ſequetur. [b] quorum cor
 eſt tanquam mare. [c] abnegatâ ſcil. propriâ voluntate,
 & taliter celebrantes præmium accipient.

Caput 60. *Lucet.*

(a) *Solyma plaude: Dei nitet in te gloria: plura
Agmina tum venient tibi, cætera sunt peritura:
Est cum iustitia pax in te, lausque futura*
(b) *Numinis: & lux Divus erit tibi non moritura.*

Caput 61. *Reparatio.*

*Officium Christi: nostri reparatio: Gentes
Convertet Præco Christi: solatia prendes
Plebs credens: & erit tibi gloria Mysta: dolentes
Ecclesiæ mutat bona fors in gaudia mentes.*

Caput 62. *Custos.**

*Gloria non Christi tibi Vates sancte racetur,
Qui dum nascetur, Gens convertenda docetur:
Ecclesiæ prosperrima fors & honor tribuetur:
(c) Custodes: Evangelium mundoque legetur.*

Caput 63. *Prælum.*

*Sanguineus prælum solus calcans superavit
Christus: muneribus Deus Israëlem cumulavit;
Desertus tamen est, quia crimina multa patravit,
Cui Deus ut veniam tribuat, Vates rogavit.*

Caput 64. *Notificet.*

*Dive, rogat Vates, fac (d) nomen notificatum:
Expectans & te fatum tenet, inquit, amatum:
Sordibus & culpâ deîm, exilioque gravatum
Flet populum, de quo rogitat fieri relevatum.*

[a] per quam intelligitur Ecclesia. [b] cuius pietate
iniquitas etiam auferetur. [c] constituentur in muris Jer
us. [d] cum potentia.

Caput 65. *Projecerunt.*

Gens conversa fuit; sed ut à Divo reprobatur
 Ob scelus Hebræus, quosdam servare notatur:
Dein his, qui leges abjecerunt, minitatur:
 Multaque prosperitas servis Divi memoratur.

Caput 66. *Orietur.**

Cor melius templò: veterum sacrum removetur:
Christus, cui hostis (a) Judæus erit, parietur:
 Ecclesiæ doni mox copia magna feretur:
 (b) Judicium: (c) vertet se Gens: merces (d) tri-
 buetur.

[a] cujus in Christum, ipsiusque Discipulos pervicacia
 punianda est. [b] malorum. [c] per Apostolos. [d]
 malis & bonis.

 PROPHEZIA JEREMIAE.

Argumentum.

Jeremias agit de captivitate Judæorum, &
 de destructione civitatis Jerusalem, ac de
 planctu & lamentatione propter hanc destructio-
 nem. Et habet Capita 52.

JEREM.

Caput I. A.

Est in matre datum Jeremiae sanctificari,
 Qui missus Josiâ Duce verba prophetica fari
 Ceu puer A clamat; meritis sed fortificari
 Mandatur (a) Solymæ dispendia vaticinari.

Ca-

[a] sub nomine virgæ, & ollæ succensæ.

Caput 2. *Post statuas.*

(a) Israëlem Divus cum Juda corripiebat,
 Quòd non respiciens ipsius dona, (b) colebat
Idolum, de quo nihil expectare licebat:
 Ergo brevì cunctos vastandos esse docebat.

Caput 3. *Pater.*

Ad te Dive vocas populos (c) idola colentes:
Spondes esse pater, dare Pastoresque docentes
 Vera, ut te recolant Solymis in pace manentes:
 Ibunt ad Solymam, quæ fiet maxima, Gentes.

Caput 4. *Et veniam.*

Se convertenti veniam dare pollicitatur,
 Inque malo stanti mala Divus magna minatur:
 Hinc terram Vates devastandam lacrymatur,
 Quæ tamen integrè non devastanda notatur.

Caput 5. *Quia cæci.**

In Solymis Divus quærit (d) justè facientes;
 Verùm Magnates & plebs sunt prava gerentes:
 Ergo per externas fiet vastatio Gentes:
Sunt quoniam cæci, nec sunt audire volentes.

Caput 6. *Bella prement.*

Solyma (e) cadetur, quia legem (f) non coluerunt:
 Fraudi Primates, & Mystæ se tribuerunt,
 Quorum sacra Deus sprevit: jussique fuerunt
 Plangere per Vatem, quia purgari nequierunt.

[a] præcip. Pastores & Proph. [b] reliq̄ d̄ fonte aquæ
 vivæ: imò toti cùm essent in iniquitate, se justificare nite-
 bantur. [c] in quo Juda etiam Israëlem excessit. [d] ut
 illis misereatur. [e] ab Assyriis. [f] nec increpationes
 audierunt.

Caput 7. *Templo.*

Frustra feditur in templo, (a) si prava patrentur, Hinc Deus abjiciet: terræque Judæ quatientur: Nec (cùm Tophet ament, & post mala multa vagentur)

Prodest, seu Vates exoret, seu sacra dentur.

Caput 8. *Transit.*

Cùm Rex, Mysta, & plebs ad Bâl cum Vate coævo Transmigrat, & parcam quoque vitam pectore lævô Prosequitur, (de quo nec vult respiscere nævo) Fiet ab hoste ferox illi tribulatio sævo.

Caput 9. *Non fedito.*

Vates Judææ populum plorat perimendum:
(b) Nulli fide: Judâ cuncto dat ab agmine (c) flendû: Gloria sit Divus: Gentilem dat feriendum, Dicit & Israëlem non scissum corde terendum.

Caput 10. *Stellas.**

Non metuas (d) stellas: est Divus namque Creator, Et Rector: tum plebs Solymæa (e) flet: & moderator Cùm non ipse sui sit homo, rogat, annihilator Ipsiut ut non sit Deus, ast hostis cruciator.

Caput 11. *Crimina.*

(f) Pactum servandum Jeremiæ traditur ore: Quisque Patrum sequitur scelus, inde malô graviore Dive

[a] & Prophetas audire nolint, sicut & patres eorum.
 [b] cùm omnes dolosè incedant. [c] ob imminentem va-
 lationem. [d] aut imbecillia idola. [e] suum malum.
 [f] quod qui non audit, vel non servat, maledicitur.

Dive premes, & nîl juvat hac (a) oratio pro re :
Perdetur, qui non audit Vates in honore.

Caput 12. *Vastata est.*

Miratur Vates de (b) pravi prosperitate :
Prædia hero pugnant : (c) *vastataq; vinea latè,*
Et vastanda datur, contritâ sed feritate
Hostis, Divus ei miserebitur in pietate.

Caput 13. *Lumbare.*

Jeremia lumbare Judam notat abjiciendum,
Obque scelus dispergendum, factumque tremendum:
Deinde monet Vates propter scelus (d) esse dolen-
dum :

Motus & est idem Vates ad commiserendum.

Caput 14. *Nec accipientur.**

Siccat culpa Judam : Vates rogat, ut releventur :
Dive preces prohibes, (e) *holocausta nec accipientur :*
Cum quibus & Vates bona spondentes perimentur :
Quosvé fames, ensesque necant, à Vate dolentur,

Caput 15. *Disperdet.*

Ense, fame, gladioq; Deus (f) Solymam tribulabit,
Nec Samuel contra, vel Moyses hæc mala stabit :
Tandem Divus opem (g) Jeremiæ suppeditabit,
Et convertendos firmando salvificabit.

(a) Justorum, vel idola : aut quòd prius dilecti fuerint.
(b) qui tamen paratur ad diem occisionis. (c) à pastoribus.
(d) alioquin Judas auferetur propter peccata ; nec tamen
adduci potest ad pœnitentiam ob inveteratam consuetudinem.
(e) & jejunia. (f) quia castigata non est emendata.
(g) conquerenti, quòd annuncians Dei verbum passus sit
opprobrium.

Caput 16. *Piscatores.*

Ducere Dive veras Jeremiam: sunt perituri
 Hebræi, (a) tumulum nec functi sunt habituri;
Ancupis ast ope sunt, & piscantis redituri
 In patriam, (b) culpas ac sunt ibi proposituri.

Caput 17. *Scrutans.*

Crimina (c) Judæos cædent: in (d) Numine fide,
Quod cor scrutatur, cunctis reddit quoque fidè:
 Ut detur, Vates orat, salvatio: ritè
 Sabbata ferventur, (e) veniant ut prospera vitæ.

Caput 18. *Figulusque.* *

(f) *Divus ceu figulus*, pro mensura meritorum
 Reddit: plectetur Juda pro cumulo vitiorum:
 Judæi in Vatem conspirant: hic oculorum
 Flumina dans, pœnas pariter declarat eorum.

Caput 19. *Et frangebatur.*

Ostendit Solymam confractæ laguncula Vatis
 Ensis atque fame disperdendam malè gratis,
 Ut pater obsidii vescatur tempore gnatis,
 Idolis quoniam Divum sprevit cumulatis.

Caput 20. *Maledicebat.*

In nervo Vati Phassur loca tetrica fixit,
 Qui mox liber ei cum Juda vincula dixit:
 Questus & est, (g) inter quòd probra frequentia vixit:
 Deinde gemens ortus proprii luci maledixit.

N

Ca-

(a) nec à vivis plangentur ob idololatriam patrum ac fi-
 tiorum, ac derelictam legem Domini. (b) unà cum Gen-
 tibus. (c) obstinatos. (d) maled. enim, qui in hom. con-
 Edidit. (e) Jerusalem, quæ alioquin igne consumetur. (f) ha-
 bens in manu sua domū Israël. (g) propter verbum Domini.

Caput 21. *Fugituri.* *

(a) Respondet Vates, quòd terra Judæ ferietur;
Chaldaicas sed iens ad terras non morietur:
 Et tum iudicium quisquis fecisse monetur,
 Ut non à Divi vehemente furore cremetur.

Caput 22. *Funera.*

Justitiam (b) Judæ suadet, secus arcta videbit:
 (c) Non unquam Solymam Sellum revidere valebit:
 Et tumulò Joakim proles malefida carebit:
 (d) Jechoniam Babylon morti cum matre vovebit.

Caput 23. *Pastores.*

Terres Pastores Deus alme Gregem dirimentes,
 Què revehes, spondens bene (e) Pastores facientes;
 Sed tangent Vates probra, qui sunt decipientes,
 Fantur & injussi, tua verba onus esse docentes.

Caput 24. *Ficus.*

Quæ bona ficus erat, (f) captos Babylone notavit,
 Quos Deus in patriam revehendos comemoravit:
 Perstantes Solymis ficus mala significavit,
 In probra quos Divus tradendos insinuavit.

Caput. 25. *Spretus.*

Ob spretum Vatem (g) Solymæos mucro necabit,
 Qui pariter Reges, hos qui tenuère, gravabit:

(a) nunciis Sedeciæ Regis super obsidione Regis Nabuck,
 (b) & Regi. (c) & increpantur, qui ex injustitia ædificant,
 promittentes sibi felicitatem patrum justorum. (d) imp.
 fil. Josiæ. (e) & David germen justum, sub quo felicitabun-
 tur. (f) Judæos. (g) quibus etiam captivitas 70. ann.
 prædicatur.

Propinare scyphum deïn, ex quo multa meabit
Cædes, mandatur Vates : Pastorque ululabit.

Caput 26. *Capiturque.* *

(a) *Excidium Vatem Solymais vaticinatum*
Comprendit cætus Mystrarum, turbaque Vatum;
Sed mox turba Senum necis aufert flebile fatum,
Michæam populo memorans, Uriamque necatum.

Caput 27. *Gestent vincla.*

Vincla dat ad Reges, *servire monens Babylonis*
Regi, pœna secus properabit perditionis:
Vatibus exprobrat diversum dicere pronis:
Vas raptum fiet rursus Solymæ ditionis,

Caput 28. *Levat.*

Hanania solvens Jeremiam carcere tentum
Significat populum cum vasis retro vehendum:
Jeremias aliud docet, atque ipsum perimendum:
Et venit subitò, quod tradebat documentum.

Caput 29. *Post Septuaginta.*

Annis dum decies septem Babylone prementur
Hebræi; ac postquam cumulabuntur, revehentur:
Hi verò, Solymis, qui manserunt, perimentur:
(b) Achab, Sedecias, Semeias percutientur.

Caput 30. *Redibunt.* *

Judæi fauste vivent vinclo repetiti,
Quæ portaverunt sceleris causâ malefidi:
Serviet & Divo tunc quisquis pectore miti,
Ac Davidi fausto : fient hostes quoque triti.

(a) nisi resipiscant. (b) qui populum transmirationis
seduxerunt.

Caput 31. *Haud ploret.*

Israël, ut prosper recolat Divum, revehetur:
Non fleat ergo Rachel: (a) reus Israël esse fateatur?
 Fœmina erit novitas: vigilat Deus, ut revocetur
 Israël: austerus botrus: pactum (b) ferietur.

Caput 32. *Cinxit.*

Dum *cinxit Solymam Nabuchod'*, Vates patruclis
 Emit agrum: Divus favit populis Israël:is:
 Et Babylonis eos (c) cædet fera copia bellis;
 Sed revehet, ferietque Deus mox pacta fidelis.

Caput 33. *Revehet.*

Redducens populos Divus parcat malefidis
Culpis, & donum tribuet: (d) germen quoque mitis
 Exurget Davidis: tum verbis fortia fidis
 Fœdera cum David fecit Deus, & Jacobitis.

Caput 34. *Flammis.*

Nabdosori dabitur Sedecias ipse severe
Cum Solyma, Divus quam flammis vult abolere,
 De dimittendis quia pactum non tenuere,
 Quos de Judæis sibi servos constituere.

Caput 35. *Rechabite.* *

Quòd *Rechabite jussis parent genitoris,*
 Hòc Deus exemplò Judæos (sunt quia moris
 Alterius) culpat, minitans tormenta doloris,
 Illis promissum sed fortis dat melioris.

(a) & pœnitentiam agit. (b) Deo cum Israël, (c) propterea
 eorum idololatriam. (d) faciens justitiam & judicium in
 terra,

Caput 36. *Incenditque.*

Fit (a) libri à clauso per Baruch Vate (b) legendi
Missio, qui toti suadet respiscere genti:

Huncq; cremans Joakim, mandat (c) eos quo-
que prendi:

Fit liber alter: sunt (d) urbs ac (e) Joakim perimendi.

Caput 37. *Urent.*

(f) Sedecias Vatem pro se rogitare precatur:

Usturos Solyman (g) Chaldaeos iste profatur:

Urbeque discedens mox cæsus in antra locatur;

Sed per Sedecian eductus pane cibatur.

Caput 38. *Stagnum.*

Principibus Vates datus in stagnum veniebat,

Quem tamen Abdemelech jussu Regis revehebat;

Et Regem (h) contra Chaldæos ire monebat,

Quæ Rex secretò servari jussa volebat.

Caput 39. *Cepitque.*

Dum captâ Nabachodonosor Solyman capiebat

(i) Sedeciam, tutuditque (k) Satos, ipsumque (l)
ferebat

Cæcatum, ac (m) ruptò murò partem rapiebat

Plebis, & ex antro Jeremias tum veniebat.

N 3

Ca-

(a) comminationum. (b) coram populo. (c) Jerem.
& Baruch. (d) Jerusalem. (e) cum semine suo. (f) Je-
chonix succedens. (g) qui priùs propter adventum Pha-
raonis Jerusalem relinquunt, sed postea redibunt. (h) se-
cibus eos non effugiet. (i) cum Principibus. (k) cum no-
bilibus. (l) in Bab. (m) & palatiò, aliisque domibus
accensis.

Caput 40. *Habitare.* *

Ut Vates, ubi vult, habitet, permittitur ire,
 Et cum (a) Judæis Godoliam gestit adire,
 Qui non exaudit, Johanan dum vult stabilire
 Voce suâ, quòd eum velit Ismaël ense ferire.

Caput 41. *Liberat.*

Ismaël astutè Godolian, atque necavit
 (b) Octoginta, (c) decem sed quosdã non trucidavit:
 A Johanan fugiens captos vinclo relevavit:
 Agmen in Ægyptum reliquum (d) fugisse paravit.

Caput 42. *Atque orare.*

Mox, ubi pro reliquis Vates orare rogatur
 Hebræis; pacem mansuris vaticinatur
 In Tellure Judæ; perituros sed memoratur
 Ensis ac morbis, Ægyptum si fugiatur.

Caput 43. *Migrant.*

Judeus Divi contemnens (e) verba, migravit
 Ægyptum, cum quo (f) Jeremias ipse meavit,
 Et per Nabuchodon' quatiendum commemoravit,
 Quem simul illius Dominum fore significavit.

Caput 44. *Persistere dicunt.*

De statua Vates monet in veneramine tenta
 Hebræos, in qua se (g) fantur stare solenda:
 Hinc (h) consumentur: manus hostica morte cruenta
 Ægypti Regem perdet: sola sunt quatienda.

(a) dispersis. (b) cum Judæis & Chald. qui cum eo erant
 in Masphath. (c) qui se thesauros habere dicebant. (d) à fa-
 cie Chaldæorum. (e) quæ referebat Jeremias. (f) & Ba-
 ruck. (g) cum multitudine mulierum. (h) gaudiò & fame.

Caput 45. *Mittet.*

Verba Jeremiæ Baruchum corripuere,
 Quod gemitus, & non requiem se dicit habere,
Quem (quando reliquos tanget vastatio) *vera*
Pacis promittit Deus almâ sorte fovere.

Caput 46. *Et Ægyptus.*

Per Nabuchod' veniet Pharaoni mente tumentis,
 Ægyptoq; dies mæsti nimis, atque cruenti:
 Israëli bona sors & Hebræo, sed fera Genti,
 Ad quam sunt jacti, veniet pressura nocenti.

Caput 47. *Palæsthiniq;.*

Verba Palæsthinis Jeremia sunt minitata,
 Quod cædes illos vastabit multiplicata,
 Quâ Tyrus & Sidon pariter fiet tribulata:
 Gazaq; te tangent, atque Ascalon aspera fata.

Caput 48. *Moabus. **

Est Moab, & quævis urbs illius quatienda;
 Tempus ad extremum sed vincula sunt removenda:
 Est maledictus opus faciens cum fraude pudenda,
 Et prohibens unda gladios à sanguinolenta.

Caput 49. *Nacturi pœnam.*

Ammon, Idumæi, Damascus, Asor quatientur,
 Atque Ælam fatô simili, Cedarq; prementur;
 Sed tamen à populis Ammonis vincla ferentur,
 A quibus & tristes Ælamitæ redimentur.

Caput 50. *Babylon.*

Jeremias fatur de te Tellus Babylonis,
 Quæ super Israëlem durissima vincula ponis,

Quòd terris Israël propriæ dabitur regionis,
Teq̄, feri durè Reges quatiens Aquilonis.

Caput 51. Medique.


Interpres Divi Jeremias judiciorum
Ulteriùs verax est vaticinator eorum,
Quòd premet amplorum Babylonem turba malorum,
Qua Medeorum Reges facient populorum.

Caput 52. Crematur. *

Ceu priùs, (a) urbs Solymæ cum (b) Sedecia rea
citur :

Cum domibus Regis simul *Ædes Sacra crematur* :
Tum base cum bina direptum vas memoratur :
Captorum numerus : Joachin Rex magnificatur.

(a) à Nabuch, obsessa. (b) in Bab. abducitur excæcatus :
& filii occiduntur unà cum Principibus : transferuntur ab-
tem omnes præter paucos vittores & agricolas.



T H R E N I,

id est

LAMENTATIONES JEREMIAE PROPHETÆ.

Argumentum.

DEslet Propheta Urbis Jerusalem vastitatem,
& Hebraorum in captivitatem reductorum
arumnas. Cujus lamentationes sunt simul va-
vicinationes eorum, que futura erant per Ro-
manos



manos tempore Titi Vespasiani, interserentes
etiam multa de Christo vaticinia. Et habens
Capita 5. cum Oratione Jeremie Prophetæ.

THRENI.

Caput 1. *Afflicta.*

Plorat Jeremias Solymæ tristissima fata,
Quod nunc sola sedet, populis quondam cumulata,
Quæ cum per noctes fuerat multum lacrymata,
Nullus erat, qui ferret ei solamina grata.

Caput 2. *Fame.*

Est effecta Judæ nimis omnis filia vilis:
In terraque sedens gemebundè turba senilis
Injicit in magno cineres angore capillis:
Præq; fame pueris finitur vita pusillis.

Caput 3. *Quasi functus.*

Jeremias nimium deflet proprium quoque fatum,
Atque labore notat se, felleque discruciatum,
Ac tenebras inter positum velut exanimatum:
Nevè exire queat, cinctum, vincloque gravatum.


Caput 4. *Majus.*

Jeremias etiam peccatum flet Solymorum,
Crimine quod majus factum fuerat Sodomorum:
Matres natorum carnes coxere suorum:
Tum Vatum grave crimen erat, tum Presbyterorū.

ORATIO JEREMIÆ PROPHET.

Caput 5. *Et orat.* *

Arcta Deo narrans Jeremias pondera fati,
 Ipsius populi quô durè sunt onerati,
Orat, ut ipsius laudabundæ pietati
 Ipsos primævæ placeat dare prosperitati.



PROPHETIA BARUCH.

Argumentum.

Baruch Propheta agit de verbis, quæ legit
 captivis in Babylone: de prænnunciatione
 reditûs populi Israël, & eorum, quæ futura e-
 rant temporibus ultimis. Et habet Capita 6.

BARUCH.

Caput 1. *Agnoscent.*

Hebræi missô Solymam Babylone libellô
 Dant nummos, ut pro Nabdonosor atque Puello,
 Et pro ipsis orent, ac libent ubere zelô:
Seq̃ reos dicunt, ac tactos sæpe flagellô.

Caput 2. *Toleraverunt.*

Ob scelus Hebræus captus, permultaq̃ fatus
 Se mala ferre, sibi quæ Divus erat minitatus,
 Deïn Divi fuerat pietates tristè precatus,
 Quas est conversis per Moyssem pollicitatus.

Caput 3. *Parietur.* *

(a) Crimina facta cohors rogat, ut clementia detur:

Israël est vinctus, sapientem cum stomachetur
Doctrinam, quæ non (b) opulentis invenietur;
Est tamen Israël (c) data: *Salvator parietur.*

Caput 4. *Bella prement hostes.*

Solyma flet, quod sit sibi desolatio facta:
Et monuit Natos, ne mens esset sibi fracta:
Nam velut hostis eos premit ob peccaminis acta,
Sic ipsis salvis *premet hostes pœna coacta.*

Caput 5. *Deponant.*

Solyma jam *vesti valedicat lata nigranti,*
Nam velut ejus sunt cum probro pignora grandi
Nuper in exilii terram perducta nefandi,
Rursus honorificè sunt illinc retro vocandi.

Caput 6. *Egredientur.* *

Egressum Baruch Judæis vaticinatur
De *Babylone*, genus si septenum repleatur:
Atque, ut ibi vitent quæquæ simulacra, profatur,
Quæ quod inania sint, effectus testificatur.

(a) sua, & patrum suorum. (b) & potentibus, ac gigantibus. (c) à Deo, cui omnia obediunt.

PROPHETIA EZECHIELIS.

Argumentum.

Ezechiel Propheta agit *speciatim de visionibus*
suis, & de sceleribus Judæorum: de ruina
Jeru.

Jerusalem, ac de ejus reparatione. Et habet
Capita 48.

EZECH.

Caput 1. *Aspexit.*

Dum quatuor Vates animalia conspiciebat,
Deinde rotas etiam, firmamentumque videbat:
Cumque throno vidit deum illum, qui residebat
In folio, circum quem plurima flamma nitebat.

Caput 2. *Codex.*

Firmatur Vates, Israëlî qui scelerato
Exprobret, ut vitio declinet ab inveterato:
Ipse dein planctu Vates, & vae cumulatò
Plenum jussus erat librum mandare palato.

Caput 3. *Edit.*

Post esum librum nituit Vates adamante,
Transmigraturos animò nihil ut trepidante
Arguat: & statuit Deus illum pro (a) specularante:
(b) Rusque petens claudit se, jussum Numine dante.

Caput 4. *Effigiavit.* *

Obsidium Solymæ jussus fuit effigiare
Vates, adque latus lævum, dextrumque cubare,
Atque cibum scædè factum, vilemque parare,
Quæ grave deberent onus, obsidiumque notare.

Caput 5. *Barbam.*

Ex tonsò Vatis Judæi crine docentur,
Ense, fameque suo pro crimine quòd perimentur:
Nam

(a) qui si malum non annuntiaverit, ejus, qui perit, reus
efficitur, secus animam suam liberat, etiam si alter peccat,
(b) ubi videt gloriam Dei.

Nam patribus nati, natis patres comedentur :
In vinculum reliqui, ceu (a) Gentis probra, ferentur.

Caput 6. *Rumpentur.*

Excelsa atq^{ue} urbes Israël^{is} sunt quatiende
Ob Bâl: exque fame, gladiis, ac peste furente
Exemptis variâ fiet dispersio gente :
Dein convertentur fatô pressi vehemente.

Caput 7. *Vastabitur.*

Vates significat, quòd erit vastatio terra
Totius Juda, poterit quam nemo cavere :
Causaque, propter quam debebunt hæc mala ferre,
Hæc est, quòd multis se criminibus tribuêre.

Caput 8. *Abripit.*

Ezechiel Divi speciem dum conspiciebat,
Illius mentem Solymam Deus abripiebat,
Atque ibi Judæos statuas coluisse videbat :
Hinc illis Divus se parcere nolle docebat.

Caput 9. *Et Thau. **

Vir senus Solymis apparens hoscé necavit,
Quos linô indutus signô Thau non decoravit :
Dum super hoc Vates clamat, Deus hoccé vibravit
Responsum, quòd eam mala pœnam culpa creavit.

Caput 10. *Cherub.*

Inter pruna rotas, ubi Cherub erat, latitavit :
Hinc linô indutus prunam tulit, atque vibravit
Supra urbem: Vates sua postea visa notavit
De Cherub ac Divo: quatuorq^{ue} rotas memoravit.

Ca-

(a) *cujus superârunt scelera,*

Caput II. *Corque.*

Vates (a) Jezoniam cum Pheltia (b) ferendum
 Dicit: & in numerum Pheltias it morientum:
 Israëlem reliquum docet in patriam revchendum:
Corq; ex carne Deus dabit his ad se recolendum.

Caput 12. *Aderunt.*

Ezechiel factis portendit, quòd capientur
 Rex atq; urbs Solymæ: reliqui Solymis perimentur
 Ense, fame, ac morbis: deïn non cassanda docentur
Vatum visa: nec in tempus longum illa trahentur.

Caput 13. *Pulvilli.*

Dive minas jactas in Vates decipientes,
 Pacem spondentes, sinè tum palea (c) linientes,
 Et Natas Israëli ex corde futura loquentes,
 Ac subter cubito pulvillos quosque suentes.

Caput 14. *Consulit.*

illi, per Vatem qui consulit, hic minitatur
 Divus, qui faciet, Vates ut decipiatur:
 (d) Salvandusque Noë, Daniel, Jobusque notatur:
 Israëli reliquo solamen tum memoratur.

Caput 15. *Igni.* *

Sicut præcisi de vitibus altera ligni
 Non est utilitas, quàm quòd deserviat igni:
 Sic & Judæos ignis fera flamma maligni
 Consumet, quò sunt veteri pro crimine digni.

(a) qui pess. consil. tractantes dicebant: Nonne dudum
edificatæ sunt domus? &c. (b) cum illis, qui respiscere
 nolunt. (c) parietem. (d) non tamen salvabunt im-
 pios de fame, malis bestiis, gladio & peste.

Caput 16. *Danda probro.*

Urbs Solymæ vilis priùs, est nunc magnificata,
 Quam nimis ingrata (a) simulacra docent venerata:
 Ergo probris (b) dandam Divi sunt ora profata,
 Qui bene Reliquiis servabit pacta ligata.

Caput 17. *Atque aquila.*

Per binas aquilas, & (c) vinetum perhibetur,
 Quòd Rex pro (d) Joakim Sedecias constituetur,
 Ægypti Regem qui linqvens (e) pacta sequetur,
 Hinc dabitur vinclis: (f) depressus in alta vehetur.

Caput 18. *Qui pœnitet.*

(g) Parabola abjecta est, quoniã (h) pater impietatẽ
 Fert propriam: & salvus fit patrans improbitatem,
 Si doleat; justus perit at linqvens pietatem:
 Pœniteat quisquis, cordisq̃ue paret novitatem.

Caput 19. *Atque leæna.* *

Post Joacim Joachaz veniet tibi ferrea pœna,
 Ut sub parabola leo denotat atque leæna:
 Urbsq̃ue priùs Solymæ quæ cernebatur amæna,
 Nunc sub parabola dat vinca, quòd sit egena.

Caput 20. *E vinclo venient.*

(i) Israëlidi dicis responsum Dive negandum;
 Sed parcens, ne sit nomen tibi convitiandum,

In

(a) in quorum cultu Samariam & Sodomam superavit.
 (b) & vastandam. (c) plantatum, at non prosperatum.
 (d) in Bab. translato. (e) cum Nabuh, inita. (f) & ex-
 alt. humiliabitur. (g) Hebræorũ. (h) & filius suam. (i)
 quia & in Æg. & in deserto, & in Terra prom. prævaricati
 sunt ipsius mandata, & idola coluerunt, quibus sæpe com-
 minatus est mala.

*In patriam spondes & nunc illum revocandum:
In saltusque jubes Australes vaticinandum.*

Caput 21. *Solymam.*

*In Solymam, cunctum simul Ammonis quoque nationis
Rex ducet bellum Babylonicus immoderatum;
Quem tamen in patria tandem Tellure locatum
Judicium Divi tanget, funebreque fatum.*

Caput 22. *Nemo.*

*Ob Solymæ culpas effundis Dive furorem:
Noxam Dux, populi, Mystæque patrant graviores;
Ut jam sit nullus, qui se queat oppositorem
Sistere, quivè tuum queat avertisse rigorem.*

Caput 23. *Meretrices.* *

*Stupris, cum multis (a) scortorum pœna duorum
Falsum Samariæ cultum notat, & Solymorum:
Hincque gerent inter Gentes onus opprobriorum,
Cultum perversum quia sectabantur eorum.*

Caput 24. *Funus.*

*Carnes olla tenens, consortis & Ezechielis
Funera (quam nigris prohibetur plangere velis)
Signant, quòd cædi tradetur gens Israël,
Et mucro lamentis Natos sinè tollet anhelis.*

Caput 25. *Gaudebant.*

*Quisquis Idumæus, Moab, est Ammonque; vocatus,
Aut Palæstinus, Divus fuit hiscè minatus:
Nam per eos Israël fuit indignè tribulatus,
Hujus & angor eis fuerat super omnia gratus.*

(a) Oolla & Oolibæ.

Caput 26. *Est subvertenda.*

Hæc sunt verba Dei per Vatem vaticinata,
 Quòd subvertetur Tyrus illa nimis celebrata
 A turba populi venturi multiplicata,
 Cum Solymæ fuerint illi dispendia grata.

Caput 27. *Dolebat.**

Vates sancte Tyri cladem defles gemebundè,
 Illius almæ Urbis, quam lambunt æquoris undæ,
 In cujusvè foris merces cumulantur abundæ,
 Quas mercatores adferre solent aliunde.

Caput 28. *Gens Sidon.*

Rex Tyrius, magnus priùs, exitium patietur,
 Nam fastu nimio, noxis aliisque repletur:
 Cadetur pariter Sidon: Israël revehetur
 In patriam, cujus simul hostis percutietur.

Caput 29. *Ægyptus.*

Ægypto veniet cum Rege relictio flenda;
 Post quater at denos est annos restituenda:
 Nabuchodonosori (quia iuverat in ferienda
 Urbe Tyri) Tellus datur Ægypti retinenda.

Caput 30. *Et urbes.*

Hoc Divus Vatem præcepit vaticinari,
 Cuncta quòd Ægypti dabit oppida depopulari,
 Quam rem per Regem Babylonis vult operari:
 Et simul auxiliò promittit eum comitari.

Caput 31. *Interitus par.**

Assario Regi fuit à Divo similatus
 Ægypti Pharaò Rex valdè magnificatus:

Ambobusque dein fuerat sic vaticinatus,
 Quòd par interitus per eum sit utrique paratus.

Caput 32. *Horrida mors.*

*Quamvis sit Pharaos sublimis, cade cruentâ
 Rex mittit Babilonicus hunc ad Tartara flenda:
 Hic quoque bella struet mox Regi cuique stupenda,
 Cum quo gens simul est in abyssum multa trahenda.*

Caput 33. *Speculans.*

*Si mala non referes speculans, (a) reus efficiere,
 (b) Justeque justitiam linquens orcò potiere:
 Nonvé datæ fidat Gens Israëlitica terræ,
 Nam perimentur, & est Tellus vastanda severè.*

Caput 34. *Agnos.*

*Salvans de manibus (c) pastorum Dive malorum
 (d) Agnos, mox Davidem dabis, & sub eo meliorum
 Pascua pratorum: dans Israëlique tuorum
 Nomina fausta Gregum, te Numen dicis eorum.*

Caput 35. *Seir.*

Hoc est ulterius vox Vatis vaticinata.
*Quòd mons, plebsq; Seir patietur pessima fata:
 Flebilis est illi vastatio quippe parata,
 Cùm Divi populis sit pessima probra profata.*

(a) pereuntium: secus ille, qui sibi non cavet, reus erit. (b) & imp. si convertaris, salvaberis. (c) qui neglectò grege, tantum, quæ sua sunt, quærunt. (d) quos pascet in Judicio.

Caput 36. *Amnis.*

Ob crimen sparsi populi vinculum subiēre,
 Quos Divus propriæ promittit reddere terræ,
Mundaq; flumina dans faciet præcepta tenere,
 In terraque sua prosperrima fata videre.

Caput 37. *Et ossa. **

Os (a) siccum Israëlī notat esse domum remeandum,
 Israëlēque Judæ duo ligna notant sociandum:
 Hicque Dei iussum facient sub Davide sanctum,
 Cum quēis fœdus ei memoratur jure creandum.

Caput 38. *Immittet.*

Tandem reductâ vincli gravitate nefandi
 Israëlī tutē propriis terris habitanti
Immittet Regem Gog Divus in agmine grandi;
 Qui tamen, atque sui populi sunt deinde necandi.

Caput 39. *Cadet.*

Gog cadet (b) adductus, (c) qui dum terræ tribue-
 tur,
 Infument septem menses, ut purificetur
 Tellus: Israëlī tum plebs *(d)* in vincla feretur;
 Ast retro venient, ut Divus glorificetur.

Caput 40. *Et reparent.*

Urbs reparanda datur: tum portarum, thalamorū,
 Atque fenestrarum, mensuraque vestibulorum,
 Mensæ, cantorumque Lares, ac Presbyterorum,
 Atria sanctarum sunt & monstrata Domorum.

O 2

Ca-

(a) & reviviscens. *(b)* contra Israël. *(c)* ibi cum exercitu suo perdendus. *(d)* propter peccata sua.

Caput 41. *Forma.*

In Templum Vatem ducens Numen venerandum,
Ostendit, quâ sit ratione reædificandum,
Mensurisque quibus cunctâ sit parte parandum,
Et foris ac intus quâ formâ sit decorandum.

Caput 42. *Ac locus esûs.* *

Traditur ulteriùs, sint gazophilacia quanta,
Omnis & illorum pars quâ sit lege locanda:
Assignataque sunt Mystis penetralia sancta,
In queis sumatur cibus, & sacra sint celebranda.

Caput 43. *Lautè comparet.*

Gloria comparet divina, Prophetaque clarè
Audit, quòd nomen Divi jam non maculare
Israël audebit: quæ tum mensura sit aræ,
Quam sacra septenâ debebunt luce piare.

Caput 44. *Qui intrent.*

Quâ solus vadit Deus, ostia sacra serantur:
Non in præcisi sacra Sancta, nec ingrediantur
(a) Levitæ, Templi famulatu sed potiantur;
Ast intret Sadoc Semen, leges cui dantur.

Caput 45. *Pars Presbyterorum.* *

Divo primitiis in terra distribuenda
Selectis, pars est sua (b) Presbyteris tribuenda:
Sunt in mensuris ac (c) sacris æqua tenenda:
Quæ sacra pro certo sint tempore perficienda.

(a) qui idola sunt secuti. (b) & Levitis, civitatique
ac Principi. (c) & primitiis. Ca

Caput 46. *Munera quæ dederint.*

(a) Quando fores pateant Phæbi: quæ victima detur

A Duce: quâ Templum Dux & plebs ingredietur: *victima deinde Ducis, munusq; (b) datum perhibetur:* Mox, ubi sacra coquant, holocaustaque plebis, habetur.

Caput 47. *Torrentis.*

Fit (c) torrentis, qui fons in (d) Templum manat ab æde,

Cui multi pisces, & mali copia fœtæ:
Distribui Terræ mandantur postea metæ,
Advena quas teneat, genus Israëlisque quietè.

Caput 48. *Portæ duodenæ.* *

In bis sex Gentes fiat divisio Terræ:
Primitias ubi dent: ubi sit tibi Mysta sedere:
Urbis mensuræ: quæ Dux possessa tenere
Possit: & *urbs portas (e) bis sex debet habere.*

(a) scil. in Sabbatis atque Calendis. (b) filiis, aut servis. (c) qui tandem non potest transvadari, & sanat omnia, ad quæ pertigerit. (d) ad dextrum ejus latus. (e) juxta duodecim tribus.

PROPHETIA DANIELIS.

Argumentum.

Daniel vaticinatur de everfione Babylonis, de reditu Hebræorum ex Babylonica servitu-

te, & de 4. Imperiis, Babylonico, Persico, Græco & Romano, ac de bellis exitiosis inter Assyrios & Ægyptios. Præcipuè autem agit de Adventu Christi in mundum, ejusque potestate, Sacerdotio, & regno sempiterno, & morte acerbissima, de veteris legis abrogatione, & Evangelii per universas terras propagatione. De Judæorum item perfidia, & de Antichristo, de mortuorum resurrectione, ac ultimo judicio. *Est* habet Capita 14.

DAN.

Caput 1. *Aqua.*

Chaldaicè Daniel, & (a) tres Socii didicerunt, Fons & legumen mutato quos aluerunt
 Nomine; præ reliquis pingues tamen inde fuerunt:
 Visa sciit Daniel: tres doctrinis nituerunt.

Caput 2. *Cæduntur.*

Exiit jussum Sapientes quosque necandi,
 Nabuchodonosoris visum nequirit quia pandi;
 De (b) statua Daniel sed pandit somnia grandi,
 Jusque super Doctos illi dat (c) Rex dominandi.

Caput 3. *Fornax.*

Cum sociis Misaël statuam dum non veneratur,
 Mittitur in furnos, ubi cantat, nilvé crematur:
 Mox Deus illorum nimum Regi celebratur,
 Et jubet, ut probris qui scindet eum, perimatur. *Ca-*

(a) Ananias, Misaël, & Azarias. (b) cujus de quatuor regnis declaratio additur. (c) qui illum etiam adorat, eisque hostias, & incensum offerri præcipit.

Caput 4. *Arborque.*

De *visa Nabuchod' Regi* (a) *facit arbore verba*
 (b) *Daniel*, ac septem mox annis illius herba
 fit cibus, & perdit regnum pro mente superba:
 Agnoscensque Deum post fata recepit acerba.

Caput 5. *Legebat.* *

Quæ de vase bibens Templi nova (c) verba videbat
 Balthassar, *Daniel hæc pandere lecta sciebat*,
 Regna quòd ob fastum deperdet, quem perimebat
 Nox eadem, celsum Danielem dum faciebat.

Caput 6. *Bestiæ edunt hostes.*

Desertur (d) Daniel (e) orâsse Deum metuendum,
 Mittitur inque (f) scrobem, cui dum non fit nocu-
 mentum,

Ecce *feris fiunt delatores alimentum*:
 Darius Numen jubet illius ergo colendum.

Caput 7. *Quatuor.*

Dum vidit visum (g) *quatuor Daniel animantum*,
 Filius imperium capit à (h) Sene perpetuandum:
 Tum lege, regna feræ quæ signent: postea quantum
 Per tempus dabitur (i) quartæ jus ad dominandum.

O 4

Ca-

(a) hortans eum, ut eleem. redimat peccata. (b) solus.
 (c) in parlete scripta. (d) super Satrapas constitutus.
 (e) contra mandatum Regis. (f) leonum: ex quo mox
 illæsus educitur, & accusatores injiciuntur. (g) quatuor
 regna designantium. (h) cujus thronus & ministri refe-
 runtur: & quòd judicante bestiæ perierunt. (i) quæ reg-
 nabis usque ad tempus & temp. & dimidium temporis.

Caput 8. *Mox hircus.*

Hic (a) aries signans Medum, Persamque videtur;
 Ast (b) hircus Regem Græcum signare docetur:
 Et tandem surget Rex effrons, qui potietur
 Fraudibus & fastu, manibus sinè deînque teretur.

Caput 9. *Et orat. **

Pro populo Vates (c) orans audire meretur
 Hebdomades decies septem: Sanctusque linetur;
 Morsque datur Christi, cujus perdenda docetur
 Gens, atque in templo vastatio magna sequetur.

Caput 10. *Comparet.*

Se cruciat Daniel, vir ei linoq; togatus
 Venit, & ut tremuit, per eum fuerat solidatus:
 Persarum tum Dux est, Græcorumque notatus:
 Estque Judæorum Dux Michaël insinuatus.

Caput 11. *Persis.*

Persis ac Græco Regi præsagia ponis
 Angele: Rex Austri bellum geret atque Aquilonis:
 Rex, qui nullius (d) Divum faciet rationis,
 Quantæ sit quondam jus sumpturus regionis.

Caput 12. *Docti.*

Post mala salvus erit Juda: (e) surgent morte necati:
 Docti fulgebunt: ad ripam stant geminati:
 Decretum tempus vox linô deinde togati
 Pandit: & advenient sermones vaticinati.

(a) duorum cornuum. (b) unius, deinde quatuor cornuum. (c) ubi confitetur Judæos pro suis & patrum peccatis in afflict. venisse. (d) plurima contra eum locuturos. (e) ad vitam vel opprobrium.

Caput 13. *Susanna.*

Dum (a) Susanna negat se Presbyteris, malesvadè
 Accusant hi illam, quòd concubuit sceleratè:
 Dumque preces audit Deus ad sua funera latæ,
 Vincit eos Daniel, danturque neci celeratæ.

Caput 14. *Cibavit.* *

Bel (b) Mystras (c) epulum comedentes Rex perimebat:

Et draco ruptus erat (d) massis: *Habacucvé ferebat*
Escas, in fovea Daniel dum tristè jacebat,
 Quò deû illius (e) Rex (f) hostes projiciebat.

(a) uxor Joakim. (b) quorum dolus per Daniele
 detectus est. (c) idolo appositum, quod cum templo
 eversum est. (d) à Daniele præparatis, qui ob id in-
 stantibus Babylonis in lacum leonum mittitur, illæsus
 tamen servatur. (e) qui etiam omnes Deum Danielis ti-
 mere præcipit. (f) qui in momento devorati sunt.



PROPHETIA OSEE.

Argumentum.

O See tractat de idololatria populi Israël signa-
 ta per mulierem meretricem: item de inunda-
 tione peccatorum, & de admonitione, ut filii
 Israël convertantur ad Dominum. Et habet
 Capita 14.

OSEE.

Caput 1. *Accepit.*

Ducit Osé mœcham, cui gnata, duoque puelli
Nati sunt, & eis dat pro ratione flagelli
Nomen: & est animò Gens convertenda fidelit:
Unum ponetur Judæ caput, atque Israël.

Caput 2. *Mox sepiet.*

Hic datur, Israël quòd Divus reppudiabit,
Ocludetq; vias, & cunctis dum spoliabit
Non agnoscentem bona, sic ad se stimulat:
Prospera mox (a) illis tribuet, Gentesque vocabit.

Caput 3. *Et sinè Sacris.* *

Hic Osee rursus mœcham mandatur amare,
Cum quo expectato nequit tamen illa cubare:
Nam *sinè Rege diu residens*, & panibus aræ
Israël ad Dominum tandem quæret remigrare.

Caput 4. *Bâl recolunt.*

Israëli propter crimen Deus est minitatus,
Quòd *statuas pulsas doctrinis est veneratus*:
Hincque suis illos in culpis linquere fatus
Optat, ne sectetur eum Juda morigeratus.

Caput 5. *Haud cessant.*

Vult poenis Judam Deus, Israëlque gravare,
Dum *neuter cessat peccata maligna patrare*:
Nec poterit virtus illos humana juvare,
Ut pote quos Summus Deus averfatur amarè.

Ca-

(a) ad se reducendis.

Caput 6. *Est clemens.*

Spem rediens Israël captat, cui improperatur
Cum Jûda, quòd non donis, nec, quando minatur
Vates, à statuis, reliqua culpaque vocatur,
Quamvis *præ sacris Divo miseramen amatur.*

Caput 7. *Scelus obstat.* *

*Vult Deus Israëllem sanare; sed obstat eorum
Crimen*, namque colunt Regum simulacra suorum:
Israël, ut Divum linquens Ægyptiacorum
Auxilium poscit, juri datur Assyriorum.

Caput 8. *Contemnet sacrum.*

Ob statuas isthic per Nabdonosor truculentum
Dicit Samariam Deus ac vitulum perimendum:
Libamenq; notat non illius accipiendum:
Deinde solum Judæ dicit flammis abolendum.

Caput 9. *Persistunt.*

Ob scelus Israëllem vinclòque, fameque replebit
Numen, nonvé ejus gratum libamen habebit:
*Et quia persistit peccans, pulsus remanebit
A facie Divi, vagus & nova regna videbit.*

Caput 10. *Ob simulacra.* *

Israël ob statuas juri datur Assyriorum,
Et quia (justitiam licet à Rectore Polorum
Admoniti) pergunt in prisco flagitiorum
Tramite, munimen cunctum quatietur eorum.

Caput 11. *Dona dat.*

Israëli monstrat donis Divus bonitatem;
Assyriis illum sed tradit ob improbitatem:

Ob.

Obque suam rursus redducet eum pietatem,
Ut colat in patria cum conversis Deitatem.

Caput 12. *Et Sperant.*

Agypto gratis plebs Israëlitica (a) fidis,
Queis Deus atque Judæ reddet pro actis malefidis,
Quod per avaritias obliti (b) muneris itis:
Paceque vos animans exprobrat Galaaditis.

Caput 13. *Salvator.*

Corripit Israëlem Divus, quia prævaricatur,
Seq. Deum tantum, Salvatoremq. profatur,
Illique (c) ingrato vindictam deinde minatur;
Morte sed atque orcò victò bona pollicitatur.

Caput 14. *Perditiones.* *

Israëli fatum prædicit perditionis
Oseas, animis quia sunt ad crimina pronis;
Ad se Rex revocat tamen Æthereæ regionis,
Conversosque crebris spondet perfundere donis.

(a) ut ab Assur libereris. (b) Jacob Patriarchæ præ-
stiti. (c) de beneficiis in deserto acceptis.

PROPHETIA JOEL.

Argumentum.

JOël agit de consumptione terræ Judæorum per
erucam, locustam, bruchum, & rubiginem:
item de adhortatione ad pœnitentiam, & de fu-
turo judicio in valle Josaphat. Et habet Capita 3.
JO-

JOEL.

Caput 1. *Ab erucis.*

Parabolam Joël de erucis instituebat,
 Et quatuor plagas contra Judam referebat:
 Planctus atque preces, jejunia deinde monebat:
 Vastandamque suam tandem Tellura gemebat.

Caput 2. *Effusus.*

Hoste premente dies quia luctifer approperebit,
 Hinc Juda pœniteat: Deus optima (a) suppeditabit:
 Flamen & (b) effundet: (c) mirandaque multa pa-
 trabit:

Salvus erit, nomen Domini quicumque vocabit.

Caput 3. *Josaphatque.* *

Dum Deus Israël tribulatores tribulabit,
 Agentes cunctas (d) in Josaphat arva vocabit,
 Fons ex æde fluet: Judæam cive beabit
 Jugiter, & cuncto de sanguine purificabit.

(a) converfis. (b) super omnem carnem. (c) ante
 diem Domini magnum. (d) ad judicium.

 PROPHEZIA AMOS.

Argumentum.

AMOS Propheta tractat de gravibus sceleribus
 Judæorum & Gentium: de ira Dei & vin-
 dicta super eos ventura: hortatur illos ad pœni-
 tentiam, & prædicat finalem reparationem. Et
 habet Capita 9.

AMOS.

AMOS.

Caput 1. *A. quatuor.*

(a) Tempus Amos: Divus Damas (cum postea fatis
 Atque Philistæos, Tyriosque premet malè gratis:
 Hoc & Idumæis, Ammonis aget quoque Natis,
 Quos non convertet vitiis de bis geminatis.

Caput 2. *Spernit.*

Sunt Moabatque Judæ cives Israëlque premendi,
 Isteque perdetur, nec erit modus effugiendi,
 Nam fuit ingratus pro donis Cunctipotenti:
 Et legem pariter sprevit Divi metuendi.

Caput 3. *Pauci.*

Electum quondam terræ Rex atque Polorum
 Arguit Israël's populum scelerum variorum:
 Et paucos dicit servandos, dum graviorum
 Hic prædictorum veniet lux atra malorum.

Caput 4. *Vitulæque* *

(b) *Vaccæ Samaria Primatum signa fuere:*
 Israël'que Deus (dum pœna nequit remove
 Noxas) his terret, quæ quondam sustinuerunt:
 Utque ad eum redeant, dein cœpit quosque monere.

Caput 5. *Bâl cultus.*

Amos Israël' lugens quæsisse monebat
 Numen, ut evitent pœnas, (c) quas culpa merebat:
 Cunctaque cum festis illorum projiciebat
 Sacra Deus, vinclum dare pro statuisque docebat.

(a) quò prophetavit. (b) sub quarum typo eosdem
 Primates increpat, ipsorum subsannans idololatriam. (c)
 & propter quas ubique planctus erit.

Caput 6. *Fastus.*

Divus ait, *populus quòd fastu commaculatus, Deliciasq; sequens, erit exitiis oneratus, Et transmigrabit: reliquo quoque talia fatus Israëli fastum fuit illius stomachatus.*

Caput 7. *Trullam.*

Orat Amos contra (a) pœnas; sed vincla minatur

Numen, *Amos quæ mox sub trulla vaticinatur: Obstat (b) Amasias isti, qui se memoratur Israëlis Vatem, (c) pœnamque venire profatur.*

Caput 8. *Esurient.*

(d) Uncinus ad finem notat esse brevè veniendum Israëlis regno pressuram propter egentum: Duraque fors illis fiet: festumque trahendum In luctum, *verbum tum Numinis esuriendum.*

Caput 9. *Reparabit **

Vastabit reprobos Deus, & fugisse negabit; Deinde *Tabernaculum Davidis tamen adificabit: Convertensque feris de vinclis alleviabit Israëlem: magnâ tum prosperitate beabit.*

(a) quas videt imminere. (b) Sacerdos Bethel, qui suadet, ut Amos eat prophetatum in terr. Juda. (c) & Amasie & Israëli. (d) pomorum.

PROPHETIA ABDIÆ.

Argumentum.

ABdias prophetat de cõminatione ac destructione Edom & Esau. Et habet Caput unicum.

ABDI.

Caput I. *Anxit.*

*Fatur Idumæis Abdias plena flagellis
Tempora, quod populos afflixerunt Israël;
Qui reduces facti per Divi dona fidelis
Hanc subigent, ipsos quæ pressit natio bellis.*



PROPHETIA JONÆ.

Argumentum.

*JONAS agit de naufragio suo, & in hoc Christi
passionem præfiguratur: mundum ad pœnitentiam
revocat, atque sub nomine Ninive salutem
Gentium adumbrat. Et habet Capita 4.*

JON.

Caput I. *Abit.*

*In Niniven missus Jonas in Tharſis ab ore
Numinis it navi, maris est quæ quassa furore:
Sors jacitur: Jonam mergunt ex viscere proræ:
Sicquæ maris cœpit tempeſtas tota filere.*

Caput 2. *Cetus.*

*Absorpsit Jonan à cali Rege paratus
Cetus, tres in quo lucas, noctesquæ moratus,
Ejus dum tandem fuerat de ventre precatus,
Incolumis per eum fuit in siccum relocatus.*

Caput 3. *Parcebat.*

In Niniven rursus Jonas abit, atque monere
Cœpit, quòd Inces post quadraginta severè
Urbs subvertetur; *sed ij, quia pœnitùere,*
A miserente Deo facti veniam meruère.

Caput 4. *Obire. **

Optat obire Jonas, quia vox sua non veniebat:
Corrapiensque Deus justas non esse docebat
Iras, dum de hedera justè doluisse tenebat,
Cum tamen haud parci (a) Ninivitis ipse volebat.

(a) inter quos erant plus quàm 120000, qui non pec-
caverunt.

PROPHETIA MICHÆÆ.

Argumentum.

Michæas vaticinatur Samariæ devastatio-
nem, & captivitatem ac interitum Prin-
cipum Israël, & Pseudoprophetarum: & de in-
gratitudine ac malitia eorundem. Et habet
Capita 7.

MICHÆ.

Caput 1. *Ad ploratum.*

Dum sua Michæas fuerat præfagia fatus,
Samarizæ populo, Solymæque fuit minitatus,
Cædem cum vinclis, cum sit starnas veneratus,
Quem dein hic planxit, fuit ad planctumq; vocatus.

Caput 2. *Collectio.*

Vincla suis memorat Vates, injustitiarum,
 Culparumque gravem seriem referens variarum:
 Dein verò mœstè flet eos: dicitque, vagarum
 Quòd fiet tandem collectio Reliquiarum.

Caput 3. *Presbyteri.*

Cùm Princeps, Judex, Pseudovatesq; crebrorum
 Cum Mystis Israël sint factores vitiorum,
 Vindictam grandem minatur Rex Superiorum:
 Et dein urbs miserè delenda datur Solymorum.

Caput 4. *Ibunt.**

(a) Ibit ad Ecclesiam, cultumq; Dei (nocumenta
 Nulla timens hostis) Gens plurima: dein documenta
 Dat Vates, quòd sit captiva Sion redimenda:
 Est & ab hoste suo vindicta brevè referenda.

Caput 5. *Bethlem edet Christum.*

Imminet in Solymam vastatio non bene grata:
 In Bethlehem Christus nascetur: magnificata
 Reliqua plebs Israël erit: hostis vi superatâ
 Numina dein Author summus tollet fabricata.

Caput 6. *Puniturusque.*

Arguit (b) ingratos, referens benefacta, Polorum
 Rector: tumque docet, quæ sint bona, quævé suorâ
 Summa petitorum, sed causâ flagitiorum
 Multa minatur eis discrimina suppliciorum.

(a) tempore gratiæ. (b) filios isr.

Caput 7. *Tenebit.* *

Flet Vates, quòd agit pravè pars maxima plebis:
 Divo, non homini fidendum: namque favebis
 Dive (a) Sion urbi, magnoque pudore replebis
 Hostes: *quævé dabis Patribus promissa, tenebis.*

(a) eam ad te reducendo.

PROPHETIA NAHUM.

Argumentum.

NAhum Propheta loquitur de ira Dei, & vin-
 dicta gravi contra Niniven, cujus habita-
 tores ad Jonæ prædicationem poenitentiam ege-
 runt, & postea peccatis majoribus fuerunt in-
 voluti. Et habet Capita 3.

IN NAHUM.

Caput 1. *Altipotens.*

Zelusus, patiens, & virtutis quoque mira
 Est Divus, cujus nos non obstabimus ira:
 Et qui sperantes salvat, spondetque ferire
 Hostes, quos pariter dicit consumere dirè.

Caput 2. *Ninive.*

Obsidione Nahum dicit Niniven tribulandam,
 Et per Chaldæos miserandè depopulandam:
 Elatè quoniam, mentem tollendo nefandam,
 Egerat adversùs Divi plebem venerandam.

Caput 3. *Nemoque dolebit.* *

Sanguinis Urbis Ninive, ceu mœcha, secunda no-
tatur,

Urbis Alexandri quod & exemplò solidatur,
Quam Babylon rutudit: *nec erit, qui compatiatur,*
Aut qui solamen super ejus cæde loquatur.

PROPHETIA HABACUC.

Argumentum.

Habacuc agit de disputatione, quam ipse fecit
cum Deo & hoc mundo: & quomodò justii
conculcentur, & prosperentur iniqui. Et ha-
bet Capita 3.

HAB.

Caput 1. *Adversum æquos.*

*Miratur Vates, quod contra justificatum
Prævaleat reprobus: Chaldæorum cumulatam
Agmen in Hebræum surget, quod hic exuperatum
Non per Numen ait verum, sed per fabricatum.*

Caput 2. *Babylonis.*

Ut scribat visum, fuit hæc data jussio Vati,
Speret & eventum visi patiens memorati:
*Rumpetur Babylon, populi quia sunt onerati
Criminibus, nec opem præstabunt Diî fabricati.*

Ca-

Caput 3. *Tum rogavit.* *

Oratio Habacuc Prophetae pro Ignorantiis.

Hoc Habacuc Divo Vates verbum recitavit,
 Illius auditum quòd percipiens trepidavit:
 Deinde precem dixit, quâ dimitti rogavit,
 Ignarâ quondam quæ mente maligna patravit.



PROPHETIA SOPHONIÆ.

Argumentum.

Sophonias agit de iudicio Dei contra Judæos,
 & Gentes extraneas, ac de consolatione popu-
 li Israël. Et habet Capita 3.

SOPHON.

Caput 1. *Amaras dies.*

Tum cuncto reprobo, tum Judæo minitatur
 Sophonias pœnam, quoniam statuas veneratur:
 Lampade tum Solymam scrutandam cõmemoratur:
 Quam sit amara dies vindictæ, deinde notatur.

Caput 2. *Convertantur.*

Converti Vates Divi monet ante furorem:
 Et quærat rerum mansuetus quisque Satorem:
 Cernent belli Ammon, Moab, Æthyopesque rigorem
 Cum Philistæis atque Assyriis graviorem.

Caput 3. *Cumulandi.* *

Culpantur Solymæ cives, & Rector eorum,
 Atque luent, cum non donum, pœnaleque lorum

Illos convertit: fons cunctorum placidorum
Lex nova: (a) *credentium cumulatio*: pœna malorū.

(a) prædicitur.

PROPHETIA AGGÆI.

Argumentum.

Aggæus agit de futura reversione Judæorum,
& reedificatione Templi, ac civitatis revo-
catione. Et habet Capita 2.

AGGÆUS VATES.

Caput 1. *Anni steriles.*

Arguis Hebræos Aggæe, quòd ædificare
Nolunt Tecta Dei, sua solliciti reparare:
Hinc *steriles anni venient*, & tunc fabricare
Perget Zorobabel, Jesus, genus ac populare.

Caput 2. *Fabricarunt.* *

Templum (*par veteri quamvis non sit fabricatū*)
Gloria (a) *complebit*, propter quod non reparatum
(b) *Fœdus Hebræus erat, malè fœcundumq; creatū*
Tempus; opus cœptum tulit ast optabile fatum.

(a) *veniente Messia, (b) coram Deo cum sacrificiis suis.*

PROPHETIA ZACHARIÆ.

Argumentum.

Zacharias tractat de liberatione Judæorum, &
de vindicta contra inimicos eorum: & de bu-
mili-

militate Adventûs Christi, & Passionis ejusdem.
Et habes Capita 14.

ZACH.

Caput 1. *Adducetur.*

Ad respiscendum plebs hîc à Vate monetur,
Ne patres, Vatum (a) contemptores, imitetur:
Duplîciter monstrat Divus, quod Gens ferietur
Israëlem tribulans, *Solyman qui retrò vehetur.*

Caput 2. *Mensurans.*

Cum zona venit mensurator Solymorum:
Hæcque (b) colentur: erit quoque Divus murus eo-
rum,
Chaldæos feriens, tribulatoresque suorum,
Ad quem læta Sion, & turba (c) fluet populorum.

Caput 3. *Indueratque.**

Induerat Jesus pro vili veste nitentem:
Inque Domum Divi Judex erit ille sequentem
Mandatum: servum Deus adduces Orientem:
Tum lapidem memoras septenum lumen habentem.

Caput 4. *Binaque oliva.*

Dum (d) candelabrum, duplex & oliva notatur,
Stanneus & princeps lapis, atque Dei memoratur
Septenum lumen: deîn tandem significatur,
Quod per Zorobabel Templum Divo fabricatur.

P 4

Ca-

(a) & ideo punitos. (b) post captivitatem solutam.
(c) ad serviendum Deo. (d) aureum.

Caput 5. *Volat.*

Charta volat, reprobûm quæ judicet improbitatem:

Amphora, cui mulier superinsidet, impietatem Denotat, atque illam per pennarum levitatem Fœmina bina vehit super aëris arduitatem.

Caput 6. *Quadrigæ.*

(a) *Quadrigæ quatuor visæ sunt bis duo venti:*
 JESUS cingendus sertô datur inde decenti:
 Virque Oriens, Templû qui construct Omnipotentis,
 Et soliô residens potietur jure regendi.

Caput 7. *Projiciuntur.* *

Jadæi vincti jejunia projiciebat
 Divus, in antiquæ quia culpæ forde manebat:
 Et, respiscat, ait: dispergi tum faciebat,
 Dum Vatum verbis auditum non tribuebat.

Caput 8. *Concomitabuntur.*

Ut populam Divus dedit ob crimen tribulari,
 Et tutudic Solymam, sic nunc facit hanc habitari:
 Faustaque dans, ipsi dum fervierint, cumulari
 Gente Deus faciet: *cupientq; (b) decem (c) comitaris*

Caput 9. *Syrus.*

Cum tumido Syrium Philistim pœna gravabit:
 JESUS, qui veniens in asello sceptrâ (d) levabit,
 Ex lacubus misit vinctos: sors fausta beabit
 Plebem, nam Divus fieri protector amabit.

(a) egred. de medio duor. montium æreorum. (b) et
 aïci. (c) Judæos. (d) & bellum auferet.

Caput 10. *Dat singula.*

Solus dat Divus, fuerit quodcumque rogatus,
 Qui confortabit Judam: dabit & miseratus,
 Hostis ut illius, quando fuerit revocatus
 De vinclo, totus reddatur vilificatus.

Caput 11. *Virga. **

Dive (a) pecus mandas pasci, restat cui plecti:
Abscissa virga: tres pastoresque resecti:
 Dein ad sculptorem nummi fuerant abjecti:
 Pastoremque malum superi dabit orbita Tecti.

Caput 12. *Deflebunt fixum.*

Judam cum Solyma varium regnum tribulabit,
 In patriamque redux Israël hostem superabit:
 Spiritus in Solymæ populum vivax volitabit,
Qui cernaens à se fixum (b) lacrymas cumulabit.

Caput 13. *Dispergenturque.*

(c) Fons apparebit, statuasque Deus resecabit:
 Dilectusque suus Pseudovatem lapidabit:
 Plaga manûs: *pastor quatietur, ovis fugitabit:*
 Parte virûm sparsâ, partem fera flamma probabit.

Caput 14. *Fluentum. **

Post vinculum Solyma (d) fons vivus erit: Solymorû
 Israël hospes erit, ferietur & hostis eorum:
 In Solymam venient & Reliquiæ populorum:
 Ac fiet sanctum, super est frænum quod equorum.

P 5

PRO-

(a) occisionis: cui neque pastores sui parcebant. (b) per singulas familias seorsum. (c) in ablutionem peccatorum. (d) die Domino notâ.

PROPHETIA MALACHIE.

Argumentum.

Malachias agit de abiectione populi Judæorum, & sacrificiorum ejus: & de vocatione Gentium, ac de Adventu Christi. Et habet Capita 4.

MALACH.

Caput 1. *Aspernans.*

Israëli Divus nimis (a) ingrato minitatur: Conqueritur pariter, quòd ab illo non timeatur, Et *Mystæ spernant nomen*, quorum stomachatur *Sacrum*, nam mundum Divo libamen amatur.

Caput 2. *Sperunt.*

Si non emendent vitam, *Deus est minitatus Mystis*, nam (b) *spernunt leges*: est prævaricatus Et (c) *Juda*, nec fiet faciens libamina gratus: Uxor amanda: Deo labor est sermone creatus.

Caput 3. *Præcursor.*

(d) *Præcursor veniet cum Christo*, cui (e) *Juda gratus* Sacrificator erit: pravo Deus estque minatus, Et

(a) quòd non agnoscebat se in Jacob, unde descenderat, dilectum, rejectò Esau cum populo suo. (b) irritum facientes pactum Levi, qui hic laudatur. (c) ducens alienigenas. (d) Christi. (e) & Jerusalem populus.

Et revocat, resipiscenti bona pollicitatus:
Tum contra Israëlém fuerat (a) questus cumulatus.

Caput 4. *Et uret.* *

Uret lux Domini patratores vitiorum:
Cordibus exurget Sol Justitiæ (b) timidorum:
Mente tene Moysen: & Elias judiciorum
Ante diem veniet convertens cor genitorum.

(a) quòd ingrati sint, & quòd ipsum in decimis suis
configant, quodque dicant Deum non habere cultorum
suorum curam, cujus tandem contrarium experientur, (b)
qui calcabunt impios.

LIBER I. MACHABÆORUM.

Argumentum.

Liber primus Machabæorum agit de præliis
inter Duces Hebræorum, & Gentem Persa-
rum: ac de liberatione populi sub Mathathia,
Juda, Jonatha, & Simeone. Et habet Capita 16.

MACH. PRIOR.

Caput 1. *Antiochus.*

Mors fit (a) Alexandri: fit & Antiochus (b) de-
minator,

Ille Ptolemæi victor, (c) Solymæ spoliator,

Et legum cultûs falsi, statuæque parator,

(d) Edictique sui contemptorum trucidator.

CI-

(a) qui Dar. percusserat. (b) Græciæ. (c) quam etiam
princeps tributorum ab eo missus spoliavit, incendit, &
mult. in capt. abduxit. (d) quæ plur. impii de Judæis se-
cuti sunt.

Caput 2. *Tum Mathathias.*

Mathathia (a) luges, decretaq, Regia spernis,
(b) Judæumq̄ue necans fugis, abdis teq̄ue cavernis:
(c) Non pugnantem aboles: genus Antiochi quoque
(d) sternis:

Ac lex exemplis, (e) ais, est servanda paternis.

Caput 3. *Et Judas.**

(f) Judas interimit reprobos, Apolloniumq̄ue
Occidit: (g) vincit deïn Seronemq̄ue, Syrumq̄ue:
Vult (h) Lysias cædi Judæos: fortia tumq̄ue
Bella parat Judas, adhibendo precem, gemitumq̄ue.

Caput 4. *Bella Judæ.*

Agmina Gorgiæ Judas numerosa fugabat:
Atque precans agmen rursus Lysia superabat:
Et Templum mundans altare novum fabricabat:
Octiduoq̄ue (i) litans festum Templi celebrabat.

Caput 5. *Ac relevat.*

Percutiens Judas Gentes, (k) cinctos (l) relevavit:
Timotheum vicit, parvos in (m) Ephronq̄ue necavit:
Inq̄ue Sion (n) abiit: (o) Solymaeos Gens superavit:
Judas percussit (p) Chebron, simulacraq̄ue stravit.

[a] afflicta, civitatis, & profana, Sanctorum. [b] idololatram & regis ministrum. [c] in sabbato. [d] revocans Dei cultum, & idololatriam destruens. [e] ad filios. [f] Machab. [g] cum paucis. [h] ab Ant. vicerex constitutus, & militibus contra Judæos instructus, qui etiam in eosd. Gorgiam mittit. [i] & festum dedic. instituit. [k] Galaaditas & Galil. [l] cum fratre Simone. [m] quæ ipsi transitum negavit. [n] ad sacrificandum. [o] contra præceptum Judæ pugnantes. [p] & Azotum.

Caput 6. Cingebat.

(a) Antiochus luctus morbo Babylone necatur;
 (b) Eupator, ut *Solyman Judas cinxit*, dominatur,
 Nec vincit (c) Judan: (d) Eleazar moxque necatur:
 (e) Rex (f) redit, & per eum fœdus (g) factum vio-
 latur.

Caput 7. Demetriusque. *

(h) *Agmen* (i) Demetrii meat *Israëlem tribulare*,
 Et dum non (k) superant, Nicanor venit ipse juvare,
 Cui victo sectis (l) dextrâ cum vertice, claræ
 Judæi lucem palmæ statuunt celebrare.

Caput 8. Componunt.

Legati Judæ dum bellaces adiere
Romanos, fœdus pro Judæis iniere,
 In Græcos ut opem Judæus possit habere:
 Romani que Judæ dant scriptum fœdus in ære.

Caput 9. Jonathas.

Judam (m) Bacchides atque Alcimus ut perimebat,
Successor Jonathas Natos Jambri (n) feriebat,
 Bacchidem & vicit: Deus Alcime te (o) feriebat:
 Bacchides (p) pactus Judæam non repetebat.

Ca-

(a) ab Elymaide repulsus: & audiens, quæ sui in Judæa
 passi erant, quæ simul pro peccatis suis evenisse fatetur.
 (b) fil. Antiochi, dictus Antiochus. (c) cont. quem ex-
 erc. magn. congregavit. (d) ab elephante oppressus. (e)
 Ant. (f) à Jerus. (g) cum Jeros. (h) ductum à Bachi-
 de & Alcimo. (i) qui occisis Ant. & Lysiâ obtin. regnum.
 (k) Judam. (l) quam irrifis Judæor. sacrificiis superbè
 cont. loc. sanctum extulerat. (m) à Demetrio missi. (n)
 ob fratris Joan. mortem. (o) paralyti in impia in loc.
 sanct. opera. (p) cum Jonatha.

Caput 10. *Et Alexander.*

Cepit (a) Alexander Ptolemaida: vult sociari Demetrius (b) Jonathæ, (c) cui telis exanimari Venit Alexandri; sed (d) Apollonio trucidari Contigit à Jonatha, meruit qui (e) glorificari.

Caput 11. *Ptolemæus.**

Mors fit Alexandri: Ptolemus Demetri tibi (f) Natam,

Tu (g) libertatem Jonathæ das, qui tibi gratam Dat (h) turbam, mortemque per Antiochum generatam

Sumis, cum (i) Jonatha qui pacem fecit amatam.

Caput 12. *Demetrii.*

Pacta novat Jonathas (k) tecum Romane, fugavit Demetrii^q Duces, Arabesque secans (l) fabricavit Castra; Tryphon illum Ptolemaida sed vocitavit, Fraudeque cepit eum, socios ejusque necavit.

Caput 13. *Simon.*

Simon succedit Jonathæ, (m) æs mittitque Tryphoni, Cum Jonathæ Natis, (n) quos hic dat perditioni,

(a) fil. Antiochi (b) qui tamen Alexandri amicitias prælegit. (c) scil. Demetrio. (d) junioris Demetrii Duci. (e) ab Alexandro, dando ei Accaron, ac fibulam auream. (f) Alexandri, ab eo ablatam, dum ejus regnum dolò invasisset. (g) à tributis. (h) auxiliarem, quæ regem à civibus Antiochiæ liberavit. (i) qui cum Fr. Simonem sæpè cont. alienig. victor evadit. (k) & cum Spartiatis. (l) in Judæa, castra cont. arcem in Jerus. (m) quod petiit. (n) unà cum patre: & Simon pro illis, ac parentibus magnif. extrux. in Modin sepulchrum.

Antiochumque ferit : (a) fert Litera pacta Simoni ,
 Qui cepit Solymam : (b) fiuntque ad gaudia proni.

Caput 14. *Arsaces.*

Demetrium cepit Dux Arsaces superatum ,
 Atque tenet pacis Simon optabile pratum ,
 Ad quem (c) Romani dum dant foedus renovatum ,
 Ille aurò clypeum mittit fulgente paratum.

Caput 15. *Laus data.*

Laudat, ab (d) Antiocho dum venit charta Simoni,
 (e) *Hebræos omni Romana cohors regioni :*
 (f) *Spernit opem Antiochus Simonis, & ipse Tri-*
phoni
 Insistens, Cendebæum dat (g) pro duce poni.

Caput 16. *Summus.* *

In Cendebæum Simonis (h) turma meavit :
 Simonem (i) Ptolemus, (k) geminos Natosque
 necavit :

(l) *Legatos Ptolemi tum Joannes trucidavit ,*
Summus post patrem quem mystatus decoravit.

[a] à Dem. Rege. [b] festum agentes. [c] uti & Sparti-
 atæ. [d] fil. Demetrii. [e] sibi foederatos. [f] & ab
 eo multa debita exposcit. [g] cont. Simonem. [h] &
 filii ejus Judas & Joannes: qui etiam eum devicerunt. [i]
 ambit. dominandi motus. (k) Mathathiam & Judam, (l)
 qui Joannem dolò interficerent.

LIBER II. MACHABÆORUM.

Argumentum.

IN hoc libro recapitulantur quedam in primo
 libro dicta : deinde agitur de tribulatione po-
 puli :

puli: de constantia septem Fratrum & Matris eorum, ac de liberatione populi per Judam Machabeum. Et habet Capita 15.

MACH. POSTREMUS.

Caput 1. Ave.

Dant Ave, & Antiochi mortem Solymis habitantes
Ægypti Hebrais, grates Divo recitantes,
Et festum scenæ celebrare piè stimulantes:
Hinc quoque Nehemiæ sermones sume precantes.

Caput 2. Latuit que.

Ara super montem, quo Moyses (a) perveniebat,
Atque Tabernaculum, sacra Cistaq; (b) tecta latebat:
Tum lege, quæ Moyses, Salomon, Judasq; gerebat:
Jasonis & quinus liber unum constituebat.

Caput 3. Ostendit.

Simon Apollonio gazas cerni tribuebat,
Quas Heliodorus citò rapturus veniebat:
Hic, Onias (c) tunc sum prece dum sanum faciebat,
Laudans facta Dei, grates pariter referebat.

Caput 4. Onias.*

(d) Onia Jason mystatum frater (e) emebat,
Dein Menelaus emit, mox Lysimachusque tenebat:
Andronicum, jussu Menelai qui perimebat
Onian, cædi ferus (f) Antiochus faciebat.

(a) & Terram prom. vidit. (b) per Jeremiam, ut usq. ad
redit. ibi manerent. (c) à Deo. (d) dum hic ad Seleucum
concessit. (e) & Dei cultum perverit. (f) post quem & Ly-
sim. à pop. opprimitur: & Menel. apud Regem accusatur,
sed pro donis absolvitur.

Caput 5. *Bellæ acies.*

Per quadraginta dies acies ut in aëre sedit,
 Et Solymam (a) Jason invadens omnia cædit,
 Antiochi pariter Solymam vastatio (b) lædit;
 Sed deserta Judas Machabæus in antra recedit.

Caput 6. *Prohibet.*

Dux à lege Dei prohibet: templum maculatur:
 (c) Ad cultum statuæ Judæa cohors stimulatur:
 Natum præcidens mulier tum bina crematur:
 Non comedit porcos Eleazarus, hinc trucidatur.

Caput 7. *Fratrum mors.*

Mors septem Fratrum, charæ mœrorque parentis,
 Qui non mandentes porcum, sanis documentis
 Dant pœnas Regis venturas esse furentis:
 Deïn volves ad eos matris pia verba loquentis.

Caput 8. *Magnificavit. **

Hic Judas ut opem Machabæus ab axe (d) rogavit,
 Nicanorem palmam sibi spondentem superavit,
 Illius (e) innumeros de turba namque necavit:
 Effugiensq; Judæ Divum Nicanor celebravit.

Caput 9. *Cumbebat languens.*

Antiochus pulsus de Periapoli meditatur
 Perdere Judæos, & (f) morbis scrutiatur:

Q

Agno-

(a) qui apud exteros miserè moritur (b) & discedens
 relinquit crudeles præpositos, qui populum affigant: rur-
 sumq; missò Duce Apolloniò plurimos interficit. (c) &
 sabbatum celebrand. quæ tamen afflictio ostenditur non
 esse Dei deserentis, sed suos corrigentis. (d) & suos ad con-
 stantiam adhortatus fuit (e) unà cum Timotheo & Bacchido,
 (f) & vermium è corpore icaturientium fostore.

Agnoscensque scelus, postquam per scripta profatur,
Ut Nato Hebræi se subdant, exanimatur.

Caput 10. Purgaverat.

Purgans (a) Tempus Judas festum statuit celebrari:
(b) Eupator extincto Ptolemo loca dat moderari
Gorgiæ: hicque facit (c) Judæos sæpè gravari
Pugnâ, quinus eques quibus advenit auxiliari.

Caput 11. Atque Lysiam. *

Agmina Lysia per Judam percutiuntur,
Miles ut axe venit: per Lysiam feriuntur
Fœdera Judæis cum Rege: dein referuntur
Lysia chartæ, post quas (d) reliquæ leguntur.

Caput 12. Dat sacrum offerri.

Contra Joppitas Judas, (e) aliosque gerebat
Bella, quibus palmam Divi nutu referebat:
Pars perit Hebræi, quia donum surripiebat,
Pro quibus offerri sacrum Judas faciebat.

Caput 13. Fit transfuga.

Transfuga Judæus Menelaus dum cruciatur,
Antiocho contra Judæos hasta levatur,
Pactaque (f) victus (g) inquit, Divo per eumque litatur:
Atque Judas princeps Ptolemaidis urbe creatur.

Ca-

(a) & civitatem. (b) Antiocho patri succedens. (c)
qui illum, & Timotheum, ac alios sæpè devincunt. (d)
Antiochi, ac Romanorum ad Judæos, & Antiochi ad Ly-
siam. (e) Jamnitas, Arabes, Casphin, & Ephron civit.
item cont. præsidium Carnion, & Gorgiam. (f) cui
etiam Philippus rebellavit. (g) cum Judæis.

Caput 14. *Fœdera.*

(a) Ivit in Hebræos (b) Nicanor, pactumq; ligavit cum Juda, at (c) solvit, nequiens quem prendere flavit Contra Tempa minas: & prendere deinde paravit Raziam, qui se, ne prendatur, trucidavit.

Caput 15. *Lingua.* *

Contra Nicanorem populum Judas (d) solidabat, Qui Divo fidens turmam grandem superabat: Et mox Nicanoris dextramq; , caputq; (e) secabat: Dansq; avibus linguam dein annua festa creabat.

(a) suggerente Alcimò. (b) à Demetrio missus. (c) rege cogente. (d) tum exhortatione, tum nocturnæ apparit. manifestatione de viso Jeremia pro pop. Israël orante. (e) & in Jerus. append. in mem. Div. protectio- nis.



EVANGELIUM S. MATTHÆI.

Argumentum.

Matthæus Evangelista principaliter agit de Humanitate Christi. Et habet Capita 28.

MATTH.

Caput I. *A quæis ortus.*

Majorum Christi series datur hic specularanda: Tum docet Aligeri Josephum vox veneranda, Sponsa quòd à Sancto concepit Flamine blanda, Et pariet Natum pro cuncta gente blanda.

Caput 2. *Fugit.*

Advenere Magi Christo sua dona ferentes,
 Sæviti & in pueros Herodes labe carentes,
 Cujus in *Aegyptum* gladios fugit ante furentes
 Christus, ad Israël remeat sed postea gentes.

Caput 3. *Et volat.*

Verb. in deserto *a* Baptista sacra gregavit:
 Venerunt populi: *b* Pharisæis impropertavit:
 Esseque *c* diversum Christi baptisma notavit,
Supra quem tinctum Flamen caeleste d volavit.

Caput 4. *Esurit.*

Per quadraginta dies jejunia Christe *e* tenebas:
 Dumque Capharnæos captò Joanne *f* docebas,
 Andream, Petrum, & Geminosque venire jubebas:
 Præco Galilææ varios morbos *b* abigebas.

Caput 5. *Octo. **

Octo beant: terræ *i* sal: legem Christe replere
 Venisti: *k* caveas iram: nîl de muliere
 Poscito: *l* membra seca: *m* nuptam noli remove:re:
 Non jurabis: ames hostem: bene deinde merere.

Caput 6. *Boli cura.*

Qui stips atque preces fiant: & forma precandi:
 Parcas: jejunans quid agas: sit cura gregandi

a cuj. vita auct. describitur. *b* & Sadducæis, docens,
 ut dign. pœnit. fruct. fac. *c* à suo bapt. *d* & vox Pa-
 tris aud. est. *e* vincens diab. tentationes. *f* hortans ad
 pœnitentiam. *g* Jac. & Joan. Zebedæi. *h* comitante
 undique turbâ. *i* & lux m. Apost. *k* & reconciliare,
l scandalizantia. *m* ext. cas. adulterii,

In cælo gazas: oculi sunt purificandi:
 Servi uni domino: non sit te a cura cibandi.

Caput 7. Trabes.

Vita iudicium: *b* trabes: non canibus tribuantur
 Sancta: *e* petas: alii fac, quæ tibi vis, ut agantur:
 Dein iter angustum, Vates *d* falsique notantur:
 Arbor: *f* verba Dei qui sumunt, atq; operantur.

Caput 8. Socrus.

Hic fit *g* leprosus, tuus & Centurio gnatus
 Cum socru Petri sanus, dæmonque fugatus:
 Unus Scriba sequens Christum: Pontus *k* cicuratus:
 Et *l* pulsus dæmon in porcos ire precatus.

Caput 9. De sanguine.

Paralytin curat, de quo grave *m* murmur habetur:
 Matthæus sequitur: *o* Pharisæis vox redhibetur:
 Profluvium sanat: tum *q* filia viva videtur:
 Visus: *s* lingua: *t* docet: dein messis multa docetur.

Q 3

Ca-

a nec sit cura de vest. & de crastino. *b* in oculo. *c*
 & quærat ac pulses, & à Deo exaudieris. *d* à bonis
 quom. dignosc. *e* bona à mala quom. dignosc. *f* & cui
 assimilentur. *g* qui ad sacer. mittitur. *h* & cum mult.
 aliis malè habentib. *i* alter rejicitur. *k* dum navic. pe-
 riclitaretur. *l* ob quod Geraseni precantur, ut Christ.
 disced. à finib. suis. *m* dum curato pecc. dimissa esse di-
 cit. *n* vocatus. *o* dum murm. quòd cum public. edit.
 & quòd Discip. non jejun. *p* sanguinis in mul. *q* Prin-
 cipis. *r* duobus cæcis redd. *s* muti dæmoniaci soluta.
t ubique, & sanat omn. infirm.

Caput 10. *Mittit.* *

a Mittuntur Fratres *b* bis sex, & *c* fortificantur:
 Arma tulit Christus, quem cuncti confiteantur,
 Et redament: Christo fit, dum quidam venerantur
 Ob Christū reliquos, quæis præmia danda notantur.

Caput 11. *Confessus.*

Christus dat laudes ad eum de carcere *d* facti
 Baptistæ: pueris Hebræi sunt similiti:
 Urbs quoque *e* Bethsaidæ culpatur: suntque vocati,
 Dum *confessus* erat Patri *f* *Jesus*, onerati.

Caput 12. *Spicas.*

g *Spicae*: *b* sicca manus: Pharisæis postea cessit
 Christus: ait sanis, taceant, quæ vis sua gessit:
 Atque ipsi Satanam tribuentes deinde *i* repressit:
j Jonæ dat signum: Christi cognatio quæ sit.

Caput 13. *Zizania.*

Semina *l* Christe, dein *zizania* dum retulisti,
 Dumque sinaporum vim, fermentique dedisti,
 Et gazam, gemmas, ac retia propoluisti,
 Vatribus in patria quod non sit honor, docuisti.

Ca-

a ad prædic. Judæis, & ad dæmoniacos, infirmosque curandos, *b* qui hic recensentur. *c* & præmonentur de malis imminentibus. *d* permissos nuncios. *e* ac Corozain, in quibus plurimas fecit virtutes. *f* dicens, onus suum esse leve. *g* quas Disc. vell. in Sabb. *h* sanatur. *i* dum dæmoniacum exc. & mut. curavit. dicens blasphemiam in Spir. S. irrem. & de om. verbo otioso redd. esse rat. *k* dum Scri. & Phar. sign. petunt. *l* in navic. sedens.

Caput 14. *Quinquévé.*

Baptistam morti saltatrix dat: *a* satiabat
Millia quinque virum JESUS: & fortificabat
 Per mare Discipulos: mergi Petrumque vetabat:
 Ejus & in Genesar vestis multos relevabat.

Caput 15. *Septem.* *

Quæ *b* lex *c* in manibus fuerit Pharisæa lavandis:
 Quæ maculent hominem: Chananæa Nata rogantis
 Sanatur: Christi patet & multos *d* relevantis
 Panibus *e* septem vis quatter mille *f* cibantis.

Caput 16. *Dicunt Vatem.*

Tentant de signo: docet & *g* fermenta cavenda:
 Quem dicunt: clavis legiturq; *i* Petro tribuenda,
 Qui carpit, JESUS ut ait sua funera stenda;
 Dicitur at Satanas: *k* crux: est merces *l* referenda.

Caput 17. *Ut nix.*

Splendescit *m* JESUS: *n* Elia venies: abière
 Morbi, Discipuli quem pellere *p* non potuère:
 Cum prece deinde fidem, *q* jejunia fitque videre:
 Fans te Christe mori, *r* solvis didrachma *s* staterè.

Q 4

Ca-

a quinq. pan. & duob. pisc. manen. 12. coph. *b* quam
 Dei mandatis præpon. *c* & in aliis rebus. *d* juxta Galil.
 mare. *e* & pauc. pisc. *f* sublatis 7. sportar. reliq. *g*
 Pharisæor. & Sadd. *b* quærit Christ. *i* Christum confi-
 tenti. *k* tollenda. *l* juxta opera. *m* transfiguratus.
n quamvis jam El. advenisse dicatur, scil Joan. B. *o* pueri
 lunatici. *p* ob modicam fidem. *q* & orationem. *r* pro
 te & Petro. *s* in ore piscis invento.

Caput 18. *Parvos.*

Propositus ^a puer est: *parvis non scandala danda:*
 Corripere: qui Ecclesiam non audit, ab agmine
 manda:

Dat claves: virtus in multorum prece quanta:
 Ut tandem parcas, ^e Regis sunt facta notanda.

Caput 19. *Castratio.*

Nuptam servabis: *castrati laus celebratur:*
 Oblati pueri: ^d Juveni sua dum memoratur
 Vendere, tristis abit; vix ergo polus referatur
 Divitibus: Christum sectanti quid tribuatur.

Caput 20. *Primi.* *

Vinea dum colitur, primi non plura lucrantur:
 Post mortem surget Iesus: fastu stimulantur
 Ambo Zebedæi: qui majores habeantur:
 Dein extra Jericho cæcis oculi referantur.

Caput 21. *Ex templo.*

Christe ^a sinâ Solymâ pergis: *tum e pellis ementes:*
^f Arefacis: ^g reprimis, qui possis ista, petentes:
 Binæ prolis homo: dein vinicolæ perimentes
 Natum: regna Dei rapient sanctissima Gentes.

^a ex quo doc. quis maj. fit in reg. cæl. ^b fratrem
 & quom. ^c cum servis rationem ineuntis, ^d qui omni
 se servasse dicebat. ^e de templo, ^f sicutum ex hoc de-
 clarans fidei efficaciam. ^g quæstione de bapt. Joannis
 interrogationem de tua potestate.

Caput 22. *An census.*

Connubium Nati Regalis: in ^a antra locatus
 & Veste carens: ^c census num dandi; ^d num tumultatus
 Surgat; ^e quod magnum iussum; fuit ista rogatus
 Christus, & is pariter rogat, à quo sit generatus.

Caput 23. *Dictum fac.*

Vox data de cathedra faciendâ, nec acta sequenda:
 Sis humilis: ^f scribis tum fictio, pluraque menda
 Væ varium parient; per eos Patrumque replenda
 Stat mensura: fluet Solymæ desertio flenda.

Caput 24. *Signaque.*

Templum rumpetur: ^g seductor præcaveatur:
 Mars & Pseudodii surgent: ^h signum memoratur
 Christi venturi: non ⁱ Judicis hora notatur
 Nota: dein ^k servus bonus & malus insinuatur.

Caput 25. *Dena.* *

Virgo dena librò datur hòc: servisque talentum
 Traditur: & rediens dominus cuius tribuendum
 Imperat, ut meruit. Datur hinc quoque percipiendū
 Judicium, merces justorum, pœna nocentium.

Caput 26. *Fugere à Chrïsto.*

De nece ^l consultant Christi: nardoq; ^m lavatur:
 Venditur, & corpus dat: ⁿ scandala vaticinatur:
^a Pren-

Q 5

^a exter. tenebrarum. ^b nuptiali. ^c quærent Phar. ^d
 quærent Sadd. ^e quærit legis doctor. ^f & Pharisæis. ^g
 venturus. ^h in sole, luna, & stellis futurum. ⁱ Christi. ^k
 deo semper est vigilandum. ^l Princ. Sacerd. ^m à mulie-
 re. ⁿ à Juda, de cuius perditione in cœna loquitur. ^o
 Discipulorum, ac Petri negationem.

e Prendunt: *b* scissa *c* auris: *d* fugiunt, ac *e* infimulatur:
f Damnant: conspuitur: cædunt: Petroque negatur.

Caput 27. Moriebaturque.

g Judas suspendit se: JESUS *b* infimulatur:
 Barrabbam pluris faciunt: virgisque *i* secatur:
 Fel bibit: inque crucem figunt: toga sorte levatur:
 Blasphemant: tenebræ fiunt: *k* moritur: *l* tumulatur.

Caput 28. Resurgit. *

Surrexisse Deum mulieres ecce m docentur,
 Quem dein & cernunt, *n* reliquisque referre mo-
 nentur:

Et furtô *o* vigiles sublatum quando fatentur,
 Pergere *p* Discipuli, Gentesque *q* docere jubentur.

a post trinam orationem. *b* à Petro, *c* servi Princip.
 Sacerdotum. *d* Disc. *e* coram Caïpha. *f* ad mort. *g*
 arg. referens. *b* coram Pilato, cui non resp. & uxor Pil.
 eum dicit esse justum. *i* & à Pil. lotis manibus traditur
 crucifigiendus. *k* cum clamore, & signis subsequētib.
l à Joseph, & custoditur à militibus. *m* per Angelum,
n scil. Discipulis. *o* pecuniâ corrupti. *p* Dominum in
 Galil. videntes. *q* & baptizare.

EVANGELIUM S. MARCI.

Argumentum.

Marcus Evangelista potissimum agit de
 fortitudine ac Resurrectione Christi. Et
 habet Capita 16.

MARC.

Ca-

Caput 1. *Andream.*

a Tinctus, *b* jejunans, *c* tentatus Christus *d* habebat
 Verba Galilææ, post seq̄ venire jubebat
Andream, Petrum, *e* Jacobum : deî de f̄ docebat :
Sanabat : Satanam de multis eiciebat.

Caput 2. *Edit.*

Paralyfin quoniam *b* sanavit, murmura *†* dantur :
 Tunc quoque, *k* prandenti Publicani dum sociantur,
 Et non jejunant Fratres, spicasque notantur
 Vellere; defensi tamen à Christo memorantur.

Caput 3. *Frater quis.*

† Arentem sanat, Pharisæorumque *m* recedit
 A turba : *n* curat : præconum munia credit
o Bis sex electis : & cum *p* blasphemia lædit
 Scribarum : tum, *quis Frater, materq̄ sit, edit.*

Caput 4. *Semina.*

† *Semina* : sit supra lux candelabra locata :
 Quando serens dormit, consurgunt semina grata :
 Grana

a à Joan. Bapt. qui in vit. auster. prædicat, & baptizat,
 aquâ, cum Christus bapt. Spiritu S. qui tandem à Jo. baptiza-
 tus cum bestiis egit in deserto. *b* per 40. dies. *c* à Sata-
 na. *d* dum Joan. traditus est. *e* & Joan. Zebed. *f* in
 Capharnaum, & aliis locis. *g* socrum Petri, & lepro-
 sum, quem mittit ad Sacerdotes, uti & alios malè habentes.
h & sanato pecc. remissa esse dixit, jubens illi tollere gra-
 batum. *i* à scribis. *k* apud Levin, quem ad sequendum
 vocaverat : sed resp. Pharisæis, cur cum pecc. conversetur.
l manu. *m* turbis ad eum undique confluentibus. *n* in-
 firmos. *o* qui hic recensentur. *p* quòd in Beelz. ejie.
 demonia : & dicit blasphem. in Spirit. S. irremissibilem.
q quæ declarantur Discipulis.

Grana sinaporum : quæ sunt deïn enucleata
Omnia : tum rabies Ponti fuerat ^a cicurata.

Caput 5. Porcos. *

In Gerasen Satanam porcos intrare precatum
Dum fugat, ire negat secum Satanâ relevatum :
^b Profluvium sanat mulieris continuatum :
Atque facit ^c Jairum Natæ vitâ recreatum.

Caput 6. Baptistam.

^d Mirantur Christum, ^e qui mittit, quem vè putavit
Baptistam Herodes, cui mortem scropha paravit
^f Saltatrix : Christus millenos quinque ^g cibavit :
Ac ^h mare sedavit : tum morbos veste ⁱ fugavit.

Caput 7. Maculant.

Discipulos ^k carpunt, quòd ^l eis non dextra la-
vatur ;

Et Christus culpât, quòd ^m mandatum ⁿ violatur :
Quæ maculent hominem : o Syrophœnissæ que fugatur
Ex Nata Satanas : surdus, mutusque juvatur.

Caput 8. Fermenta.

Quatter mille viros ^p satiat : ^q fermenta cavenda :
Dat visum : quis sit, Petrus præbet documenta,
Quem

^a à Christo in navi ex somno excitato. ^b sanguinis.
^c ad domum ejus veniens. ^d in patria sua, ubi tamen
propt. incredul. eorum pauca edid. mirac. ^e Apostolos
ad præd instruens, quid observ. debeant. ^f Herod. filia.
^g 5. pan. & 2. pist. in deserto. ^h super illo ambulans. ⁱ
in Genezareth. ^k Phar. ^l comedentibus. ^m Dei. ⁿ
ob suas traditiones. ^o ad perseverantem ejus supplica-
tionem. ^p 7. pan. & pauc. pisc. ^q Parisæorum.

Quem Satanam dicit, dum de nece carpit habenda:
Ferto cruces: animæ res nulla sit antehabenda.

Caput 9. *Abscindito.*

Mutatur *a* Jesus: *b* Elias veniet veneratus:
Expellit *c* Satanam: sua mox est funera factus:
d Quis major: Satanæ propulsor non imitatus
Christum: *e* membra tibi refeca, fiesque beatus.

Caput 10. *Major.* *

Nupta tenenda: ferunt *f* pueros: sua non opulentus
Vendit: est fructus sua linquenti tribuendus:
Prædicat Christus se passurum: *g* quis habendus
Major: tum recipit visum *b* caligine tentus.

Caput 11. *Condone.*

In *i* pullo it Solymam: lignum ficô vacuatum
Siccatur: *k* pulsus emens: est deque *l* fide memoratû:
Est ignoscendum: responsum *m* fitque negatum,
Dum non responsum dant ad *n* baptisma rogarum.

Caput 12. *Primum.*

Hæres vincti post servos est *o* trucidatus:
p Tentant, an dentur *q* census, *r* an surgat humatus,

Quæ

a cui jung. Moy. & Eli. *b* etsi jam venerit. *c* surdum
& mut. qui solâ orat. & jej. ejicitur. *d* explicuit, dum
Disc. disputarent. *e* scandali. *f* quibus Chr. benedicit.
g docuit occasione ambitionis fil. Zebedæi. *h* Bartimæus.
i asinæ. *k* de templo. *l* quàm sit efficax. *m* scribis,
quâ potest, hæc Chr. faciat. *n* Joannis. *o* ab agricolis.
quibus vin. elocata erat. *p* Pharis. *q* cæsari. *r* de hoc
tentant Sadducæi.

a Quæ lex prima. *b* Rogatum Christus, quomodo
Narus

Davidis ipse foret: Viduæ *c* nummus celebratus.

Caput 13. *Vigila.*

Templum rumpendum docet, & *d* bellum cumu-
landum,

Ac *e* Pseudochistos; signum dicitque parrandum;
Dum veniet, pro quo signum fici esto notandum;
Cumq; horam nemo sciat, omnibus est vigilandum.

Caput 14. *Unxerat.*

De nece *f* consultant Christi: *nardoq;* & lavatur:
b Venditur, & corpus dat: *i* scandala vaticinatur:
k Prendunt: *l* scissa *m* auris: *n* fugiunt, *o* atque
insimulatur:
p Damnant: conspuitur: cædunt: Petroq; negatur.

Caput 15. *In cruce.*

q Pilato accusant: Barrabbas antelocatur:
r Traditur: illusum *s* ducunt: tors *t* jacta: levatur
In cruce: blasphemant: tenebre scit: Eliq; profatur:
Et *u* potant: altè clamans moritur: *x* tumulatur.

Ca-

a de hoc quærit scriba. *b* ex scribis, à quibus cavendum esse docet. *c* binus. *d* & persecutiones, ac desolationis abominationem. *e* & Pseudopphetas. *f* Princ. Sacerd. *g* à muliere. *h* à Juda, de cujus perditione in cœna loquitur. *i* Discipulorum, ac Petri negationem. *k* post trinam orationem. *l* à Petro. *m* servi Principis Sacerdotum. *n* Discip. *o* coram Caïpha. *p* ad mortem. *q* cui nihil resp. *r* crucifigendus. *s* milites ad crucif. *t* super vestes. *u* acetò. *x* à Joseph,

Caput 16. *Surgit.* *

Vivum Grex *Cristum muliebris* ut *a* accipiebat,
 Magdalis hunc primò, binus Fraterque videbat;
 Deinde vident *b* reliqui, quos carpens, *c* ire jubebat
 In mundum; rerulit tum *d* signa, Polumq; petebat.

a apud sepulch. ab Angelo. *b* undecim recumbentes,
c ad præd. & bapt. *d* quæ credentes sequerentur.

EVANGELIUM S. LUCÆ,
 Argumentum.

*L*ucas Evangelista specialiter agit de manife-
 stata in carne Christi Humanitate, Passio-
 ne, ac Morte. Et habet Capita 24.

LUC.

Caput 1. *Ad Mariam.*

Baptistam, *a* Gabriel ait, est sterilis genitura
Elisabeth, *b* Christum *c* Maria sed est paritura:
 Hæcque *d* salutatur eam: Zacharias præpete curâ,
 Dum visum rehatet, dat Divo cantica pura.

Caput 2. *Peperit.*

It Bethlemam Joseph: *f* Natum, qui *g* scindi-
 tur, edit

Sponsa: *b* meant Solymã: Simeon pia cantica reddit:
 An-

a Zachariæ apprensus, qui non credens mutus efficitur.
b de Spir. S. conceptum. *c* ad quam pariter Gabriel vene-
 rat. *d* & Joan. exult. in utero: tum virgo dicit canticum.
e cum Maria, juxta decret. Augusti. *f* quem videre pasto-
 res veniunt. *g* & voc. Jesus. *b* post dies purif. ut listant
 et sum Domino.

Annaque confessa est : in Doctorum grege sedit
 Inventus ^a Jesus : ^b redeunt. & Christus ^c obedit.

Caput 3. Volat.

Baptistæ est ^d Vatis vocem complere meandum,
 Et ^e dat consilium : Christum, baptismaque sanctum
 Comendat : *Flamen volat in Christum venerandum,*
 Cujus deinde ^f genus nobis datur omne notandum.

Caput 4. Atque legebat. *

& Jejunas Jesu ^b tentate, ⁱ legisq; beatum
 Isaiam : ^k dicis non in patria veneratum
 Vatem : ^l mox hominem Satanâ das exoneratum :
 Et Petri socrum, populumque facis relevatum.

Caput 5. Bellè tractatur.

^m Dat prendi pisces : ⁿ leproso, vult, adeantur
 Mystæ : paralyti tacto sua strata levantur :
 Cum Levi Christus quia ^o prandet, murmura ^p dantur,
 Et quia Discipulis jejunia non celebrantur.

Caput 6. Bis sex.

^q Velluntur spicæ : manus arida fit ^r reparata :
 Bis sex Discipulos ^s elegit : & ^t octo beata :
^u Trabs : quæ ligna queant ^x nosci bona, vel vitiosa :
 Cui similes, Christi ^y faciunt qui verba sacrata.

^a 12 annor. ^b in Nazareth. ^c parentibus. ^d Isaiæ,
^e turbis, & publicanis, ac militibus, dicens, quid singu-
 los fac. oporteat. ^f à Joseph usq. ad Adam. ^g 40. dieb.
^h à Satana. ⁱ in Synag. Nazareth. ^k & ideo voluit te
 de monte præcipit. ^l in Capharn. ^m dum de navi do-
 cuisset. ⁿ curato. ^o & quia cum peccator. conversator.
^p à Phar quibus respondet. ^q in sabb. à Disc. ^r in sabb.
^s & nominavit. ^t cum aliis consil. ac præc. Evangelicis.
^u in oculo. ^x ex fructu. ^y & non faciunt.

Caput 7. *Linit.*

^a Servum sanat: & est ^b puer ad Naîm vivificatus:
^c Signaque ^e Baptistæ Pueris deîm ^d est operatus:
^e Hebræos pueros vocat: *est oleoque f lavatus:*
^g Simoni binus tum debitor ^h est memoratus.

Caput 8. *Unda.*

ⁱ Semen: ^k nîl rectum: mater, fraterque notatur
 Christi: ^l *sedavit mare*: qui Satanæque fugatur
 Grex, porcos intrat: de profluvio ^m relevatur
 Deîm mulier: Jairi tum Filia vivificatur.

Caput 9. *Videre. 9. **

ⁿ Mittit: *cernere vult Herodes*: quinq; ^o cibabat
 Mille: Petrô falsô sua dat probra: quemque notabat
 Ferre crucem: *psplendet: qpellit: r fit rixa: s verbat*
 Ignem: non susceperat ^t hunc, aliumque vocabat.

Caput 10. *Confessus.*

Septuaginta duos ^u præmittit: dumq; ^x minatur,
Confessus latius est: & amandi deîm ^y recitatur

R

Præ-

^a Centurionis. ^b unicus Viduæ. ^c interrogantis, an
 esset, qui venturus erat. ^d laudatque Joannem illis ab-
 euntibus. ^e quibus nec Joan. nec Christi vita placuit. ^f
 à mul. pecc. ^g ob hoc murmuranti. ^h & dicitur mu-
 lieri remissum esse pecc. ⁱ Seminantis. ^k quod n. ma-
 nifest. ^l ex somno excitatus. ^m tactâ simb. vestis Chri-
 sti. ⁿ Discip. ^o 5. pan. & 2. pisc. ^p transfigur. ^q dæ-
 monem ad patris preces ex filio. ^r inter Disc. de pri-
 maru. ^s quô filii Zebedæi Samaritanos consumi volue-
 runt nolentes Jesum suscipere. ^t sequi volentem. ^x
 dans præc. quæ in prædic. observ. debeant: gaudentibus-
 que de subjectis dæmoniis, dicit, non esse ob hoc potiss.
 gaudendum. ^x cont. civitates obduratas, in quib. factæ
 sunt plur. virtutes. ^y tentanti legisperito.

Præceptum: quis sit tum proximus, ^a insinuat: Elegisse bonam partem ^b Maria notatur.

Caput II. *Quæ ores.*

Forma ^c *precis*: pulsus ^d Satanæ: uber ^e celebratur

Mariæ: ^f signum Jonæ: tum murmura fatur ^g Invitans, quoniam Christo non dextra lavatur: Scribaque cum fictis Pharisæis ^b increpitatur.

Caput 12. *Lumbos.*

Vites; fermentum: ^k nil tectum: quis metuendus: ^l Blasphemus: ^m firmat: ⁿ non fit iudex: opulentus Frumentô: ^o *lumbi*: deïn ^p Oeconomus: ^q jaciendus Ignis: ab hoste, vide, ne sis pœnæ tribuendus.

Caput 13. *Angusta.*

^r Pœnituisse monet: Synagogæ dura profatur Verba ^s Duci: cælum ^t fermento tum similatur: *Arctum dicit iter*: dum vulpes deïnde vocatur Herodes, Solymam vastandam vaticinatur.

^a per parab. hominis à Jerus. descendentis. ^b dum Martha ministrans de ea conqueritur. ^c in qua perseverans omn. impetrat. ^d mutus: ubi confutat dicentes, quòd per Beelz. dæm. eijceret. ^e à muliere. ^f ubi etiam Regina Austri, & Ninivitæ, oculusque simplex & nequæ referuntur. ^g Phariseus, quem reprehendit. ^h dicitur, quòd ab hac generat, sanguis omnium Proph. exquiretur, ⁱ Pharif. ^k quod n. revel. ^l in Spir. S. ^m Apost. cont. persecut. ⁿ in divid. hæreditate. ^o præcing. ^p fidel. vel non fidelis. ^q in terram à Christo, qui venit & separationem facere. ^r occasione Galilæorum in suis sacrif. interemptorum, & eorum, qui in Siloë corruerant: secus sunt extermin. ut ficus infructuosa. ^s indignanti, quòd mulierem in Sabb. curasset. ^t ac Sinapi.

Caput 14. *Relinque.* *

Hydrops in festo ^a curatur: ^b ubi residendum:
 Acciti haud veniunt: ^c est totum projiciendum
 Pro Christo: turrim dum construis, est redigendum
 Res prius in numerum: fit de sale deïn documentum.

Caput 15. *Drachma inventa.*

Murmura dant Scribæ, quoniam recipit sceleratū:
 Deinde videbis ^d ovem, drachmamq̄, & postea Natū
 Perlege, qui e rediit post nummum dilapidatum:
 Pœniteat peccans, cœlumq̄ fit exhilaratum.

Caput 16. *Epulo.*

^f Villicus: ^g Oeconomus: nemo Divo famulatur,
 Ac nummis: & ^b lex, Vatesq̄ue manere notatur
 Usque ad Baptistam: non uxor projiciatur:
 Lazarus, atq̄ epulo durus deïn commemoratur.

Caput 17. *Tanquam fulgur.*

Væ, qui scandala: dat: ^k carpas, & ^l parcc: no-
 tatur

Vis fidei: ^m vanum te servum fare: fugatur
 Deni lepra viri, grates ⁿ unusq̄ue profatur:
 Adveniet Christus, ^o ceu fulgur ab axe vibratur.

R. 2

Ca.

^a quod docet licitum esse. ^b invitato: ubi legisp. &
 Phariseor. notat ambitionem. ^c & crux bajulanda usq;
 ad odium animæ propr. qui Christum vult sequi. ^d per-
 ditam & inventam. ^e ad patrem, qui eum benignè excep-
 pit. ^f iniquitatis. ^g fideliter aut inf. dispensans nam-
 monam quid mereatur. ^b de qua nihil est perituum. ⁱ
 pusillis. ^k peccantem. ^l pœnitenti. ^m dum omn. fe-
 ceris. ⁿ qui Samaritanus erat. ^o & Inexpectatò, sicut
 diluvium mundo, & Sodomis subversio supervenit.

Caput 18. *Publicanus.* *

a Judex: in templum Publicanus & *b* alter iere:
 Adducunt pueros: it tristis *c* dives in ære:
 Pro Christo linquens sua fertur multa merere:
 Prædicat mortem: cœcum *d* facit atque videre.

Caput 19. *Ex templo pellit.*

Zachæum accedit: *e* mnas narrat, quas *f* tri-
 buebat

Nobilis, atque istum nemo regnare volebat:
 In *g* pullo Solymam pergens, *b* hanc ubere flebat
 Flumine: & è Templo vendentes ejiciebat.

Caput 20. *Non respondet.*

Non i respondet *k* eis, à quibus *l* responsa negantur:
 Viniculis Domini servi, Natusque necantur:
 An dentur *m* census: *n* an surgant, qui tumultantur:
 Quæstio de *o* Christo: Scribæ tumidi caveantur.

Caput 21. *Vigiletur.* *

Divitibus *p* viduam præfert: Templum quatietur:
q Bella furent; robur sed Discipulis adhibetur:
 Evertent Solymam: Judæus *r* disjicietur:
s Signa: cave crapulas & *t* curas: *tum u* vigiletur.

a iniquitatis cum vidua importuna in parabola propon.
b scil. Pharisæus. *c* cui Cris. consulit omn. relinquere.
d prope Jericho. *e* decem. *f* decem servis. *g* asinæ.
h utpote devastandam. *i* qua potest. hæc faciat. *k* scil.
 Sacerdotibus, *l* a Scribis. *l* ad propositam de Joan. bapt.
 quæstionem. *m* Cæsarij. *n* quærent Sadd. *o* quomodò
 dicatur fil. David. *p* duos numm. offerentem. *q* & per-
 secutiones. *r* & captivus ducetur. *s* iudicium præces-
 sura. *t* hujus vitæ. *u* & oretur.

Caput 22. *Filius esse docet.*

^a Occidisse petunt: Sacramentum celebratur:
^b Contendunt: ^c renegandū se notat: ensis amatur:
 Orat: tum capiunt: auris serviſque ^d ſecatur:
 Petre negas: ^e cædunt: *ſe Natum deinde profatur.*

Caput 23. *Crucifixeruntque.*

^f Accuſant, & ^g poſtponunt: ^b clamant, Moriatur:
 Affigunt: orat: ⁱ rident: ^k potu cruciatur:
^l Latro blaſphemat: tenebreſcit, & exanimatur:
 Ac juſtum dicit Centurio: deū ^m tumultatur.

Caput 24. *Revixit.* *

Trina Deum mulier dum vivere ⁿ percipiebat,
 Discipulis referunt: ^o currit Petrus: iſque docebat
^p Binos, qui ^q agnoſcunt: ^r monſtratque manus:
 retegebat
 Senſum: tum Flamen ſpondet: cæloſque petebat.

^a Chriſtum. ^b Diſcip. de primatu, quibus dicitur, qui
 major ſit habendus. ^c à Petro. ^d à Petro. ^e & illu-
 dunt. ^f coram Pilato, qui eum mittit ad Her. ^g Barrab-
 bæ. ^b & ductus vetat mulieres flere. ⁱ Princ. & mi-
 lites. ^k aceti. ^l unus, & alteri parad. promittitur. ^m
 à Joſeph. ⁿ ab Angelo apud monumentum. ^o ad mo-
 num. ^p in Emmaus euntes. ^q in fractione panis. ^r
 congregatis Diſcipulis.

EVANGELIUM S. JOANNIS.

Argumentum.

Joannes Evangelista Chriſti Divinitatis Sacra-
 menta aperit. Et habet Capita 21.

IN JOAN.

Caput 1. *Agnus.*

* Verbum, vita, & b lux Deus est: * *Baptista fidelem*

Præbens se testem, pedis ejus solvere pellem
 Se notat indignum: tum ducit ad Emmanuelem
 Andreas & Petrum, e Philippus Nathanaëlem.

Caput 2. *Aquam.*

Flumen mutabas Jesu, Solymamque f meabas:
 Emptoresque sacra cunctos ex Æde fugabas:
 Et dum signa petunt, Templum solvi memorabas:
 g Plebs credit; sed ei tu credere te renegabas.

Caput 3. *Crescet.*

Nocte Nicodemum docuit: Pueri strepuere
 Baptistæ; *laudem sed Christi mox didicere,*
Quod crescet, quod ei dedit & Pater omnia verè:
 Vives in Christum credendo, secusque b verere.

Caput 4. *Cum Samaritana.*

Cum Samaritans loquitur: se i dicit habere
 z Escam non notam; dein & de messe videre
 Atque metente datur: Samaritani obstupere
 Credentes: morbi Regis Gnati & periere.

* per quod omn. sunt f. b illuminans omn. hom.
 e qui se dicit vocem: & Christum Agnum, qui tollit pec-
 cata mundi. d fratrem suum. e à Jesu vocatus. f à
 Capharnaum. g multa. b iram Dei. i Discipulis.
 scil. Patris obedientiam.

Caput. 5. *Balnea.*

Ad piscinam^a agrum dum^b sanat, aitque levare Stratum, Judæi culpant: docet^c omne patrare Cum Patre, ut addiderat pridem Baptista probare: Acta, Pater, Moyseſq; probant quoq; singula clarè.

Caput 6. *Et aufugit.*

Millia quinque^e cibans, ne rex fieret, fugiebat: Ut per aquas: quòd sit^g panis, ^b potusq; docebat: Dumque meant ab eoⁱ quidam, Fratrum remanebat Turba; tamen quòd sit Satan unus, referebat.

Caput 7. *Convicit.*

Vincitur Hebraus Grex à Christo^l veniente Ad festum: vocitat sitientes, plebe loquente Diversè: & ^m servis celebratur laude decente: Dein ob eum malaⁿ dant Nicodemo verba repentè.

Caput 8. *Adultera.*

Pro^o mæcha Christus, qui^p lux est, stat: moriere Peccans tu in vitiis: tum^q discipuli parvère: Sunt quidam ex^r Satana, quem non se dicit habere: Est prior Abramò: ^s fugit, ut vult saxa cavere.

R 4

Ca-

^a 38. annorum. ^b in Sabbato. ^c & mortuos vivificare, & se Judicem esse constitutum. ^d ipsius Christi. ^e 5. pan. & 2. pisc. ^f ad Discipulos Ventò agitatoſ. ^g quem oporteat manducare. ^h quem oporteat bibere. ⁱ ejus sermone offensi. ^k de ipsius doctrina, quòd ipsum injustè calumniarentur de homine in Sabb. curato. ^l quasi in occulto. ^m qui missi sunt ad apprehendendum eum. ⁿ Pontif. & Phar. ^o eam ab accusatoribus absolvendo. ^p mundi. ^q verè ad Christ. pertinentes: item servi ac liberi. ^r non ex Deo aut Abraham, qui veritatem dicenti non crederent. ^s de templo.

Caput 9. *Cæcum.* *

In festo visum a dat: b detraxisse laborat
 Grex Pharisæus: eum pariter qui cæcus honorat,
 * Ejicitur; Christum sed mox edoctus adorat:
 Atque in iudicium se Christus adire perorat.

Caput 10. *Cum Patre.*

d Salvator portam se, *e* Pastoremque vocavit,
 Et dare *f* se retulit, quem plebs lapidare paravit,
 Dum Natum, atque *unum se cum Genitore* notavit
 Quod tamen hoc fuerit blasphemia nulla, probavit.

Caput 11. *Suscitat.*

Dum g Christus tumultu te Lazare dat remeare,
 Ac multi credunt, Christum *b* statuere necare,
 Et Cajphas mortis tradendum *i* præmonet aræ:
 Interea JESUS in Ephrem cœpit properare.

Caput 12. *Ac Martham.*

* *Marthã Christus* adit, quem Mariæ *l* madidandi
 Est studium: *m* Solymam meat: hora est *n* clarifi-
 candi:

o Granum: *p* vox Patris: mundi *q* Princepsque ne-
 fandi:

Cæcus Hebræus: idem, quod *r* Christo, fit Generanti.
 Ca.

a cæcè nato, *b* Christi gloriæ. *c* extra Synag. *d* descri-
 bens pastorem & mercenarium. *e* bonum, qui & alias oves
 habeat ad ovile adducendas. *f* animam ponens. *g* multa
 præfatus cum Discipulis & Martha. *h* Pontif. & Phar. *i*
 ne totus populus periret. *k* & Lazarum. *l* unguentò, de
 quo murmurat Judas. *m* asellò vêtus. *n* Christum. *o* prius
 mortificandum. *p* auditur de clarificando nomine suo. *q*
 foràs ejiciendus. *r* dum honoratur vel spernitur.

Caput 13. *Lavat.*

a *Christe pedes mundas*, prius à Petroque vetaris :
 Dicis, idem faciant : tum prodentem *b* memoraris ;
 Cujus post offam, dicis, quòd clarificaris :
 Ponis iussa dein nova : quodvé *c* negabere, faris.

Caput 14. *Est via.*

Plurima tecta Patris *d* notat, & quòd sit *e* via,
f fatur :

Inque Patre esse *g* docet : res danda *b* petita notatur
 Mittet Flamen : eum quis diligit, insinuat :
 Quam linquet pacem : discessus non doleatur.

Caput 15. *Vitis.* *

Est vitis i Christus : palmes Fratres comitantes :
 Adsit amor : Fratres Christi dicuntur *k* Amantes :
 Ille *l* elegit eos, ac roborat in tribulantes :
 Non excusantur Judæi prævaricantes.

Caput 16. *Dandus.*

m Præmonet, atq; *n* ibit, sed *Flamine* dein recreabit,
 Quod *o* carpet, tradet doctrinam, & *p* clarificabit :
 Quid modicum : *q* pariens : & Fratrum quisq; rogabit
 Patrem per Christum : timor illos atque fugabit.

R 5

Ca-

a à cœna surgens, ac linted præcinctus. *b* Joanni. *c* à
 Petro. *d* consolans Discipulos, quos iterum se assumptu-
 rum dicit. *e* & veritas, ac vita. *f* ad Thomam. *g* loquens
 Philippo. *h* in Christi nomine. *i* & Pater agricola. *k* qui-
 bus & secreta sua comunicavit. *l* ut fructum perpet. affe-
 rant. *m* de persecutionibus futuris. *n* quia sic expedit.
o mundum, *p* Christum. *q* ejus similitudo.

Caput 17. *Servari.*

Orabat JESUS, ut cum Patre clarificetur,
Et Fratres (ac plebs, ad Divum quaque trahetur,)
a Conserventur, ait; quibus & simul unio detur:
 Ac quòd eum misit Pater, orbi notificetur.

Caput 18. *Negat.*

Prendunt, atque *b* cadunt: Annæ, Caiphæq; tulere:
 Est *c* tunsus: *Petrus negat*: in Prætoris ière
 Atria: non regnum de mundo *d* dicit habere:
 Barabbæ vitam, sed ei mortem petière.

Caput 19. *In cruce.*

e Cæditur: *f* examen: jus desuper esse profatur:
g Damnatur: *lignum trahit, in quo deinde levatur*:
b Vestis: *i* fors: *k* Matri loquitur: *l* bibit: exani-
 matur:

Sanguis, & unda *m* fluit: myrrhâ linitur: tumulatur.

Caput 20. *Magdalis.*

Magdala, dein visit Petrus, ac n̄ socius monumentū:
 Illa flet, Aligerosque videt, Christumque: videndum
e Fratribus hic se dat clausis, *p* Thomæque premen-
 dum:

Non, quæ egit JESUS, sat hic est liber ad capiendum.

Ca-

a à malo. *b* ad primum ipsius verbum. *c* alapá, dum
 interroganti Pontifici respondet. *d* loquens Pilato. *e*
 à Pilato: dein etiam sp. coronatur, & ad mort. deposcitur.
f à Pilato institutum cont. Chr. *g* à Pil. meticuloso, licet
 eum regem dicat Judæorum. *h* divisa. *i* de tunica. *k* ei
 Joannem commendans. *l* acetum. *m* ex latere Christi. *n*
 Joan. *o* quibus man. & lat. ostendit, datq; Spirit. S. ut pecc.
 remittant. *p* ei, cum reliquis Disc. rursus apprens, bea-
 tosque dicens, qui in ipso non viso crediderunt.

Caput 21. *Agnos.* *

Fecerat, ut piscis caperetur multiplicatus:

Te ^a Petre mergis aquis: *ter oves ter* ^b sollicitatus
Sumis: ^c mortem audis: es de quo Joanne profatus:
Non totum est scriptum, quod Iesus est operatus.

^a Dominum agnoscens per Joannem: qui etiam prandium sumpsit. ^b de amore. ^c quam es passurus.

ACTUS APOSTOLORUM.

Argumentum.

Actus Apostolorum Christi in cælum assumptionem, visibilemque Spiritûs Sancti missionem, gesta que Apostolorum, & præcipue Pauli, atque infantiam nascentis Ecclesiæ continent. Et habent Capita 28.

ACTUS.

Caput I. *Assumptus.*

Spondetur Flamen: non nostrum est ^a tempora scire:

Christus: *it* & ^b veniet: tu Judæ munus adire
Petre rogas alium, dum se dedit ille perire:
Illius inque locum Matthiæ contigit ire.

CA-

^a rerum futurarum. ^b ut post ejus ascensum referunt Angeli Apostolis, quorum nomina recensentur.

Caput 2. *Missus.*

Spiritus ^a est missus: varias Fratrumq; stupebant
Judæi linguas, quos potos dum referebant,
^b Confutat Petrus: ^c conversi suntque: manebant
Fratrum in ^d doctrina: communia cuncta tenebant.

Caput 3. *Claudum.*

Cum Joanne Petrus sanat claudum pede natum,
Idque fide Christi dat nominis esse patratum,
Quem mox per Moysen, pariterque per agmina Vatū
Messiam à Divo notat Abræ pollicitatum.

Caput 4. *Docuerunt.* *

Adducti ob claudum Fratres ^e Christum docuerunt
Salvantem: scribis non parent, nec tacuerunt
Christi dogma; tamen dimissi sunt: ^f meruerunt
Flaminis & signum: ^g propriique nihil tenuerunt.

Caput 5. *Bucca haud clausa.*

^b Æs tenet Ananias, uxorque: ⁱ caduntq; repente:
Signa Petri, ac Fratrum: migrabant deque patente
^k Carcere: prenduntur, nec sunt tamen ore silente:
^l Casos dimittunt, sic Gamaliele monente.

Caput 6. *Aucti.*

Electi ^m septem sunt, credentes quia crescunt:
Est Stephanus vehemens, per quem data signa cre-
brescunt: Ju.

^a in die Pentecostes. ^b Joëlis prophetiâ. ^c ter circiter
mille. ^d & fractione panis, ac orationibus. ^e qui lapis
angularis dicitur. ^f orantes. ^g sed omn. vendiderunt, sicut
fecit Barnabas, dividendis agris suis. ^h de pretio agri. ⁱ ad
verbum Petri, cum id negassent, & quem Angelus aperuit. ^j
& gaudent, quod pro Chr. nomine cædi meruissent, quem
continuò annunciant. ^m Diaconi.

Judæi surgunt, nec eum vicisse valeſcunt,
Hinc adverſus eum jam falſo teſte rigeſcunt.

Caput 7. Lapidant.

Cum pactis Moysen, egreſſum, ac linea^a faris
Stephane teſta, dein Salomonica Tempa: minaris
Contra^b Judæos: cernis Jeſum: lapidaris:
Saulus cuſtodit tua tegmina: tuque precaris.

Caput 8. Vaſtatque.

^e Vaſtabat Saulus: Philippus dumque^d trahebat
Samariam, tingit Mage te: Flamenque^e petebat
Cum Joanne Petrus: ^f Simon emiſſe volebat
Flamen: & Eunuchum ^g Philippus conveniebat.

Caput 9. Caditque. *

Saule cadens audis Jeſum: te moxque^b beaſti
Fonte ſacrô: Fratrum per muros arteⁱ meaſti:
Is ad Diſcipulos Solymæ: Tarſumque^k migrâſti:
Æneam^l ſanans, Tabitham Petre dein^m revocâſti.

Caput 10. Cornelius.

Cornelius Petrum juxtaⁿ mandata vocavit,
Qui^o vas demiſſum cernens, ad eum properavit:

Dein

^a obtentâ reſpondendi à Princ. Sacerd. facultate ^b qui,
& ipſorum patres Spiritui S. ſemp. reſtiterunt. ^c ubi in
perſecutione jam omnes præter Apoſtolos diſpergebantur.
^d ad Deum. ^e oratione ac manuum impoſitione
Samaritanis. ^f quem Petrus corripit. ^g ab Angelo moni-
tus, qui dum eum baptizavit, rapitur in Azotum. ^h per
Ananiam in Damasco, ibidem prædicans Jeſum. ⁱ propt.
inſidias Judæorum. ^k ob eaſd. inſidias. ^l Lyddæ. ^m in Jop-
pe. ⁿ Angeli. ^o quô ſignificabatur Gentes ad Evangelii
admittendas eſſe.

Dein auditores (super illos quando volavit
Flamen Divinum) tingendos esse notavit.

Caput II. *Disceptabant.*

In Petrum ^a *strepitant Fratres* : ex Antiochenis
Convertunt multos : de criminis atque catenis
Multos exsolvit ^b Barnabbas : postea plenis
Ipse stipem manibus cum Saulo portat ^c egenis.

Caput 12. *In carcere.*

Jacobum Herodes trucidat : *Petrum* ^d *locavit*
Carcere ; sed liber ^e redit : Herodesque ^f *meavit*
Urbem in Cæsaream , quidum ^g *laudes adamavit* ,
Vir cælestis eum tutudit , vermisque voravit.

Caput 13. *Cæcus.* *

Se movet ^a *Paulo Barnabbas* : *visio* ⁱ *fracta*
Est ^k *Elyma* , propter quæ credit *Sergius acta* :
Pisidiæ Pauli de Christo ^l *concio jacta*
Commovet Hebræos , ad Gentesque est via ^m *facta*.

Caput 14. *Discutiunt.*

ⁿ *Iconii Fratres sunt* : Judæi ^o *strepuere* ,
Et Paulus claudum cum sanat , thus adolere

Vult

^a quod ad Gentes accessisset , quibus Petrus responder.
^b ab Apostolis ex Jerosolyma eò missus : quò & Saulum Tar-
sò adducit. ^c Jerosolymis existentibus , ut se in fame ab A-
gabo prædicta sustentarent. ^d ut post Pascha occideretur.
^e per Angelum , dum Ecclesia pro eo sine intermiss. oraret :
cujus liberatio magnum Fratribus att. gaudium. ^f post sa-
ctam de carceris custodia inquisitionem. ^g à populo ex-
hibitas. ^h à Spiritu S. segregati ad prædicandum. ⁱ ad Ver-
bum Pauli. ^k eorum prædicationi resistentis. ^l in Syna-
goga. ^m juxta Isaiaë Vaticinium. ⁿ & multi de Jud. &
Ethn. convertuntur. ^o tumultum concitantes adversus
Apostolos , qui Lystram fugiunt.

Vult populus; sed eum mox & saxo petière:
Mystras Barnabbas & Paulus ^a constituère.

Caput 15. Non seruent.

Conversos quidam præcidi dum docuerunt,
Paulus id ad Fratres ac Barnabbas retulerunt,
Qui legem hanc Moysis non servandam statuerunt:
Semet Barnabbas & ^b Paulus ^c dissoluerunt.

Caput 16. Python.

^d Timotheum Paulus præcidi, eisq; ^e vetantur
Verba: ^f Macedoniam pergunt, primoq; profantur
^g Philippis: Python ^b pulsus fuit: atque ⁱ locantur
Carcere: ^k mota fuit Tellus, & abire rogantur.

Caput 17. Seditiones. *

In Thessalonica Paulus bene fructificavit:
Hicq; & Bereæ per Judæos ^l reboavit
Seditio: voces ut Athenis ille ^m gregavit,
Christe Dionysium tibi cum multis sociavit.

Caput 18. Est operans.

In Corintho operans Paulus dum verba gregabat,
Grege ⁿ blasphemabat Judæus, & ^o infimulabat

Sex.

^a & Antiochiam revertuntur. ^b cupiens loca invisere,
in quibus prædicaverat. ^c cum Paulus Joan. assumi nollet.
^d Lykis assumptum, cum quo per varias civitates tradit
servanda Apostolorum dogmata. ^e à Spiritu S. in Asia & Ri-
thynia. ^f quod Paulus per visionem vocatur. ^g ubi apud
Lydiam hospitio excipiuntur. ^h per Paulum. ⁱ virgis cæsi.
^k & ex carcere egrediuntur, & custos carceris convertitur.
^l contra Paulum. ^m cum Judæis & Philosophis. ⁿ audit
tamen in visione multum ibi pop. convertendum. ^o a-
pud Gellionem Proconsulem.

Sexto mense: abiens Ephelum Fratres *a* solidabat:
De Jesu Hebræos & *b* Apollo tum superabat.

Caput 19. Fassi.

Baptistæ *c* tingi *d* Pueros iteratò jubebat
Paulus, queis Flamen *e* dedit: adjurare volebat
Per Jesum Hebræus: *populus multus veniebat*
Acta f fatens: g motum deïn *b* Demetrius faciebat.

Caput 20. Non cernent.

In noctem mediam sacra Troade verba gregabat
i Paulus, de que domo *k* delapsum vivificabat:
l Accitos Ephesò deïn Mystas dum stimulat,
Ut *m* vigilent, *non plus cernendum se esse notabat.*

Caput 28. Atque Tribunus.*

Agabe *n* præfagis, Paulus Solymamq; *o* meavit,
Quinque *p* viris & se Jacobi voce sacraivit:
Moxq; Tribunus eum q rapuit, vinclisque ligavit;
Ad populos voces illoque finente gregavit.

a in variis regionibus. *b* quamvis tantum baptisma
Joannis sciret. *c* Ephesi. *d* tant. Joan. baptisate bapti-
zatos. *e* manuum impositione: ibique prædicans multa
edit signa. *f* & libros supersticios. exurens. *g* quem
ægre sedat Alexander. *h* argentarius. *i* dum varias par-
tes Macedoniæ & Græciæ peragrasset. *k* Euthycum. *l*
variis locis peragratis. *m* in regenda Ecclesia. *n* Pau-
lo post varias navigationes Jerosolymam tendenti persecu-
tiones, quas passurus erat Jerosolymis. *o* nec amicorum
lacrymis averti potest, paratus pro Christo etiam mori.
p votum habentibus. *q* de manib. Judæorum.

Caput 22. *Flagris percutitur.*

Paulus, quî fuerit conversus, dat documentum
De se, Judæi quem clamant *a* interimendum:
Moxque *Tribunus eum dat loris percutiendum;*
Sed se Romanum dicens vitat nocumentum.

Caput 23. *Firmatur.*

b Ananiam *c* murum, *d* Phariseum se referebat
Paulus, quem *Divus e firmans* jurasse docebat
Permultos in eum: *f* Felicem deinde videbat
Urbe in Cæsarea, secum chartamque ferebat.

Caput 24. *Et insimulatur.**

Felici Paulum Tertullus ut insimulavit,
Ille negans noxas, se Christicolam esse notavit:
Audit eum *g* Felix, & quòd non suppeditavit
Paulus ei nummos, de vinclis non relevavit.

Caput 25. *Gestum Festi.*

In b Solymam Festus non dat te Paule migrare;
Cæsareâ Urbe cupit *i* tua sed responsa notare:
Cæsaris *k* appellas sedem, Solymamque meare
Non vis, ante thronos & *l* Agrippæ cogere stare.

S

Ca-

a eò quòd diceret se à Deo missum ad prædicandum
Gentibus. *b* in Concilio constitutum, qui ipsum iusserat
in faciem percuti. *c* dealbatum: de quo tamen se excu-
sat, quòd nescisset eum esse Principem Sacerdotum. *d* &
se de resurrectione mortuorum judicari: unde inter Pharis.
& Sadd. magna orta est dissensio. *e* & prædicens, quòd
etiam Romæ esset de ipso testificaturus. *f* ad quem eum
Tribunus militibus stipatum misit. g cum Drusilla uxore
de fide Christiana. *h* quòd eum Judæi ducendum petierant,
i cum accusatorum rationibus. *k* à Festo interrogatus,
l an de his Jerosolymis judicari velles. *l* & Bernice.

Caput 26. *Tum Festo.*

Paulus ad Agrippam se defendens referebat,
 Quòd sit ^a conversus: *responsaq;* dum tribuebat
^b *Festo*, Christicolas cunctos fieri cupiebat:
 Et quòd ^c dimitti potuisset, Agrippa docebat.

Caput 27. *Dein navigat.*

Dant ^d Paulum Julio: *per aquas hinc inde feruntur*:
 Inque locum Cretæ veniunt: fluctus ^e patiuntur:
 Paulus ^f solatur: monet, atque cibi capiuntur:
 Naufragium subeunt; salvi tamen egrediuntur.

Caput 28. *Anguis. **

Paulum, cui ^g favit Gens barbara, *percutiebat*
^b *Vipera*, moxque patrem Publii sanum; *faciebat*:
 Cur appellârit, Romam veniens referebat:
 Perque duos annos de Christo ^k verba tenebat.

^a & quòd Judæis ac Gentibus sub divina protectione
 prædicaverit. ^b ipsum ex nimia scientia insanire dicen-
 ti. ^c nisi Cæsarem appellâisset. ^d Romam ducendum, ^e
 dum à Creta discedunt. ^f revelatione sibi de omnium
 salute factâ. ^g in Insula Melita. ^h nihil tamen mali in-
 ferens. ⁱ cum aliis multis. ^k quæ multi non credebant:
 & hoc ipsum ab Isaia prædictum esse ostendit.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI
 AD ROMANOS.

Argumentum.

A Corintho Civitate scripsit Apostolus Romanis
 hanc Epistolam, causa autem scribendi hæc
 pro-

probatum extitisse. Dum enim inter Fideles, tum Judæos, tum Gentiles Romæ degentes de justificatione contentio orta esset, utriusque suis meritis Evangelii Gratiā arrogarunt. Hinc Paulus, ut controversiam dirimeret, interveniens eā moderatione utitur, ut nec Judæos superbire permittat, tanquam de meritis operum legis; nec Gentes meritō fidei adversus Judæos inflari patiatur, quod ipsi receperint Christum, quem crucifixerunt. Proinde ostendere contendit omnes, antequam ad Christi fidem vocarentur, fuisse peccatis obnoxios, & à vera justitia alienos, atque adeo gratuitum donum esse justificationem, eamque non ex lege, neque ex meritis operum, sed per gratiā Jesu Christi obtineri. Et habet Capita. 16.

ROM.

Caput 1. *Adiisse cupit.*

^a Paulus ^b visere vult Romam, cœpi que referre, Quod Gentes meritō desertæ jure fuere, Dum rerum formas productarum colere, Pro quibus in quæquæ peccata nefanda ruere.

Caput 2. *Carpit.*

Arguit Hebræos Paulus, ^c damnant quia Gentes, Quæ per naturam, quæ legis sunt, peragentes,

S 2

Ceu

^a commendans suum munus Evangelicum. ^b ob maximum prædicandi Evangelii zelum. ^c ex data sibi lege: eadem ipsi patrant, cum Deus redditurus sit unicuique juxta opera ipsius.

Ceu circumcisi tibi sint : & postea prendes,
Quod quondã hæ^a carpent contra legē^b facientes.

Caput 3. Promissa.

^c Promissō Hebræi præcellunt condecorati:
Crimine Judæi, sunt Gentilesque gravati,
Perque^d fidem fient ab eo, non lege, levati,
Gloria ne cuiquam foret actūs ulla patrati.

Caput 4. Fidesque.*

Sancta fides hominem, non lex quit justificare:
Hoc ut Patris^e Abræ dabit exemplum tibi clarē,
Credidit hic multō se Semine posse beare,
Quamvis ambo forent non apti jam generare.

Caput 5. Balnea Christi.

^f Lætatur, virtus fidei quem justificavit:
Nunc magè te g salvat, qui mortem olim^b toleravit:
Atque ut inⁱ Adamo scelus uno quisque patravit,
Sic in^k Christo uno quisquis se salvificavit.

Caput 6. In Christo.

In Christo tincti sumus, ut l vitæ novitati
Instemus : jam (non parentes^m impietati)

^a in judicio. ^b qui ex sola legis cognitione & carnis circumcissione gloriantur. ^c à Deo factō, quod complebitur, etsi nonnulli eorū fuerint increduli. ^d in Christum. ^e cui fides reputata fuit ad justitiam ante datam ipsi circumcissionē, quam postea accepit, futurus non lege, sed justitiā fidei, pater omnium, qui ipsius fidem imitarentur. ^f non tantum in spe, sed etiam in adversitatibus. ^g Christus sanguine suo jam justificatum. ^h pro nobis adhuc impiis. ⁱ inobediēte. ^k obediēte. ^l sicut Chr. semel mortuus ac sepultus, ad novam vitam, non amplius moriturus, resurrexit, ^m aut concupiscentiis.

Demur justitiæ ^a de legibus exonerati,
 Qui prius ad mortem dedimus nos foetiditati.

Caput 7. *Ut foemina.*

Ut privata virò, sic nos à ^b lege levamur
 Per Christum, renovi cui servi subjiciamur:
^c Lex auget culpas, à carneque hunc stimulamur
 Ad ^d mala, quantumvis adversus eam moveamur.

Caput 8. *Nil removebit.* *

In ^e baptizatis damnatio non dominatur:
 Spiritus ^f hæredes Christi dare mox memoratur,
 Inque suos Divi dilectio deïn recitatur,
Quos ab amore Dei non velli posse notatur.

Caput 9. *Commiserens.*

Paulus ob Hebræi fatum (quod & ipse dolebat)
 Non ^g promissa Abræ Natis frustranda docebat:
^b *Commiserens Deus: & Hebræus, dum tribuebat*
 Justitiam factis, in culpæ sordē ⁱ manebat.

S 3

Ca-

^a ac per Christi gratiam à pecc. liberati, & servi facti,
 justitiæ. ^b quâ peccatorum affectus reddebantur vehe-
 mentiores. ^c peccatum judicans: quamquam lex sancta
 esset ac spiritualis, ^d quæ secundum rationem detesta-
 mur, legique sunt contraria. ^e qui non carnem, sed
 Spiritum sectantur. ^f ac Dei filios: cujus adoptionem
 omnis creatura ingemiscit: & ejus Spiritus nos robo-
 rat, ac quid orandum sit, instruit. ^g cum illa non per-
 tineant ad omnes carnales Abræ filios, sed tantum ad
 eos, qui ex Judæis & Gentilibus gratuita Dei electione
 filii Abræ per fidem constituuntur. ^b vel indurans,
 quem vult, ⁱ Gentibus per fidem Christi justificatis.

Caput 10. *Rogitat.*

a Orat pro Hebræo, qui zelum *b* legis habebat:
 Ignarus Christi salvari lege peribat:
 Sunt *c* distincta fides & lex: ac rejiciebat
d Illam Judæus, Gens verò suscipiebat.

Caput 11. *Servat.*

Divus de Hebræis e quosdam servat sibi gratis;
 Deserit aut *f* alios causâ non credulitatis:
g Hebræus refluet Grex ad Divum pietatis:
 Dicitur alta nimis sapientia deû Deitatis.

Caput 12. *Subdent.*

Romanos docuit, positâ mundi ut levitate
Se Divo subdant; nec se tollant malesvadè
 De *b* donis, faciant pro fratris at utilitate
 Omnia: deû de bonum faciant hosti cumulatè.

Caput 13. *In amore. **

Rectori *i* pare, quamvis moderamine tantum
 Civili pollet: cui debes, est quoque dandum:
Lex stat in hoc, ut ames, cum sit modò tempus aman-
 dum

Gratiæ: omitte scelus: virtutibus est inhiandum.

Ca-

a Paulus. *b* & Dei, non tamen secundum scientiam.
e in justitia, quæ ab utraque provenit. *d* ubique præ-
 dicatam. *e* per fidem in Christum salvandos. *f* in quo-
 rum locum Gentes affumentur, quas monet Apostolus,
 ne adversus Jud. glorientur. *g* ad tempus derelictus. *h*
 quorum nec limites transgrediantur. *i* etiam propter
 conscientiam,

Caput 14. *Dimittas esum.*

^a Infirmum foveas: non escam quis comedentum
 Judicet: & dominus (cui vivendum, moriendum,
 Ac ^b ratio datur) est unus: *non quidquid edendum,*
 Dum ^c fuerit quodvis offendiculum metuendum.

Caput 15. *Perventurusque.*

Firme ^d fer infirmos: Judæis ipse profatur
 Hic JESUS; aliter cum ^e Gentibus ast operatur:
 Audax excusat ^f scriptum, *se postea fatur*
^g *Venturum Paulus*, petiisse precemque notatur.

Caput 16. *Salutat.* *

Esse salutandos quosdam Paulus referebat,
 Romanis illos, quorum laus plùs renitebat,
 Commendans; alios vitandos præcipiebat:
 Atque salutatos ipsos etiam perhibebat.

^a in fide. ^b quam quisque pro se dabit. ^c aut dum
 fuerit contra conscientiam. ^d & sublevis: non enim suæ,
 sed proximorum utilitati, ac mutæ paci studere quisque
 debet. ^e quibus ex misericordia Apostoli sine præviis
 promissionibus prædicavit. ^f quod Romanis tanq. Gent.
 Apostolus dedit, ostendens, quom. hoc munus sit execu-
 tus. ^g ubi datam à Macedonibus eleemosynam Eccle-
 siæ Jerosolymitanæ elargitus fuerit.

~~~~~  
 EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
 AD CORINTHIOS I.

## Argumentum.

**H**anc Epistolam scripsit Apostolus Corinthiis  
 ab Ebeso civitate, in qua quosdam à fal-

*sis Apostolis & Prophetis per suuatorum verborum fallaciam, quosdam verò per commendatam Legis Judaica observantiam seductos ad veram fidem, & Evangelicam Sapientiam revocare al- laborat. Et habet Capita 16.*

PRIMA COR.

Caput 1. *Abiectum.*

Pro <sup>a</sup> donis egit grates, ob <sup>b</sup> schisma dolebat: Gaudet, quòd paucos <sup>c</sup> tinxit: stultam <sup>d</sup> referebat Mundi doctrinam: <sup>e</sup> vitam <sup>f</sup> Christo tribuebat: Ne cui gloria sit, Divus contempta legebat.

Caput 2. *Non altè.*

Paulus, Corintho <sup>g</sup> simplex, timidumq; <sup>h</sup> faceffit Verbum de Christo, qui pœnas in cruce gessit: Per solum Divum sapientia tecta patescit: Nam quod Numinis est, animalis noscere nescit.

Caput 3. *Non violabis.* \*

Corinthis fidei non abdita quit referare, Nam se ùt carnales sueverunt <sup>b</sup> dissociare, Atque <sup>i</sup> ministro audent virtutes appropriare: Tuque Dei Templum, quod es ipse, cave <sup>k</sup> violare.

<sup>a</sup> Corinthiis datis. <sup>b</sup> de baptizatoribus ortum. <sup>c</sup> ad prædicandum missus. <sup>d</sup> & electos dixit simplices. <sup>e</sup> & salutem. <sup>f</sup> cujus prædicatio iudicatur mundo stultitia, credendibus verò virtus ac Sapientia. <sup>g</sup> quamvis perfectis loqueretur etiam sapientiam mundo absconditam. <sup>h</sup> contendentes de his, qui tantum ministri erant. <sup>i</sup> cum solus Deus possit gratiæ ac virtutum incrementa dare, solusq; Christus sit fidei fundamentum, super quod qui bene vel malè superædificaverit, patebit in die examinis. <sup>k</sup> & in Dei ministris gloriari.

Caput 4. *Baccillum.*

Non cleri <sup>a</sup> iudex sis: Pauli vox fera frender,  
 Cùm <sup>b</sup> fastu turgens Corinthus <sup>c</sup> spernere tentet  
 Agmen Apostolicum: Pauli demum via tendet  
 Corinthum, & *virgas in Doctornm agmina prendet.*

Caput 5. *Satanae.*

Corinthum culpans, quòd in incestu maculoso  
 Viventem tolerat, *dat eum Satanae furioso:*  
 Pascha coli vitiò purgari vult odiosò:  
 Christicolasque vetat populo jungi vitioso.

Caput 6. *Non expedientia.*

Gentilem ante virum tractantes corripiebat:  
 Crimina, quæ regnò privant Divi, referebat:  
*Quadam, cùm liceant, non expediisse monebat:*  
 Curque scelus carnis vitemus, deinde docebat.

Caput 7. *Sponsi.* \*

*Doctio d conjugii:* de cælibe laus recitatur:  
<sup>e</sup> Alterius fidei Sponsi: status & teneatur:  
 Virgo statum nuptæ superat: mulierque notatur  
<sup>f</sup> Libera tum fieri, dum conjux exanimatur:

Caput 8. *Claude gulam.*

Quamvis nîl prohibet; sed, vel quia sunt metuenda  
 Scandala, vel quoniam ratio dicitur fugienda,  
*Idolothyta non unquam tibi sunt comedenda;*  
 Quæ tamen an comedas, an non, haud dant nocu-  
 menta.

S 5

Ca.

<sup>a</sup> temerarius. <sup>b</sup> de ministris & acceptis donis, ac si illa  
 à se haberent. <sup>c</sup> quamvis Paulus illos in Christo genuerat.  
<sup>d</sup> cuius vinculum est indissolubile. <sup>e</sup> quomodo se habe-  
 re debeant. <sup>f</sup> ut nubere possit, cui vult.

Caput 9. *Haud edit.*

*a* Mandere Corinthi non vult, ubi verba gregavit:  
Et lucri causâ se diversè variavit:  
Hosque sequi, metam qui currunt, dum stimulat  
Corinthum, corpus proprium domuisse notavit.

Caput 10. *Tentatio.*

Hebræi ingrati dum *b* puniti memorantur,  
Mox ope cum Divi *tentamina nostra* notantur:  
Idola, & comedens idolothytum caveantur,  
Quæ reputantur in hoc recoli, quin scandala dantur.

Caput 11. *Cæna.*

Vir pandendo caput, mulierque tegendo precare:  
Se Corinthus amans in cæna dissociare  
Arguitur: *cænam Salvator condidit Ara,*  
Quam si non dignè sumis, reus esse notare.

Caput 12. *Charisma.* \*

*Munia diversis diversa à Flamine* dantur,  
Ut veluti membris sua cunctis perficiantur  
Munia; quin à se pariter semper *c* foveantur:  
Sicque status hominum bene directi memorantur.

Caput 13. *Diligito.*

*Debet apud cunctos perfectus amor residere:*  
Cujus & officium, tum quod solet remanere,  
Quodvé fides illi, vel spes, aut æquivalere  
Dona Dei nequeant, potes isthic cuncta videre.

*a* ut omnem amputaret offendiculi occasionem, licet hoc  
sibi fuisse licitum multis probet argumentis. *b* propter  
peccata varia: & per hoc à similibus eisdem absterret. *c*  
mutuâ se operâ indigere cognoscentes.

Caput 14. *Taceant.*

Dona prophetiæ donis linguæ præhabenda ;  
 Adde, quòd hæc finè sunt interprete vana tenenda:  
 Hinc ut iis uti bene possis, dat documenta  
 Paulus : *in Ecclesia nil dicere fœmina tenta.*

Caput 15. *Apparuit.*

Surgens *Christe* dabas te multis, *deinq̄, videndum*  
 Et <sup>a</sup> Paulo : quòd homo surget, datur inde legendũ:  
 Tum quòd multiplex sit <sup>b</sup> gloria, stat documentum:  
 Et lethum, quando surgemus, erit perimendum.

Caput 16. *Atque salutes.* \*

Pro Grege Christiadum, Solymis qui tristè sedebat,  
 Paulus collectas faciendas esse monebat :  
 Pro Stephanaq̄ue rogans, ac Timotheo, tribuebat  
 Dein pia verba, quibus *varios salvere jubebat.*

<sup>a</sup> qui se minimum dicit Apostolorum. <sup>b</sup> in corpore  
 & anima resurgentium.



EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
 AD CORINTHIOS II.

## Argumentum.

*Scriptis* Apostolus hanc Epistolam Corinthiis  
 ex Macedonia, ex qua tamen urbe, nesci-  
 tur. Porro eos, quia ad pœnitentiam conversi  
 sunt, laudat, eosdemq̄ue consolatur, annuncians  
 illis, quòd misericordiam invenissent. Et revo-  
 cat

cat infelicem illum, quem prius tradiderat Satanæ, reconcilians eum Ecclesiæ: hortaturque illos semper ad meliora proficere. Et habet Capita 13.

## ALTERA COR.

Caput 1. *A damnis.*

Paulum de *a* damnis Divi palma eripuerit: Corque, ac doctrinam sinceram dicit habere: Non est causa levis, quòd non venit: estque videre, Quòd nimis in vero sua fortia verba fuere.

Caput 2. *Cur non it.*

Non ad eos, ne sit mæroris causa, mæavit: Et labor amplius eum noctuque, diuque gravavit, Vultque datum Satanæ recipi: labor atque gravavit Ipsum præconem, *b* sed & amplè fructificavit.

Caput 3. *Tenebrantur.* \*

Non homo *c* te Præco comendat, id hìc recitatur, Namque ministerium *d* nunc dignius esse notatur: Dum legit Hebræus scripturas, cor tenebratur, Perque fidem tolli velamen significatur.

Caput 4. *Bella corona.*

Omnigenis populis est Divi notificata Vox per Discipulos, mala qui tolerant cumulata, Sed non succumbunt: dein ex pauca tolerata *Ærumna* surget tibi gloria perpetuata.

*a* in Asia ortis: quò & alios consolatur. *b* quamvis multis ejus prædicationis fragrantia mortis occasio fuerit. *c* quem fructus prædicationis commendat. *d* quàm in veteri Testamento.

Caput 5. *Mori.*

Corpore tum Fratres <sup>a</sup> dissolvi, tum cupiebant  
 Christe placere tibi, qui discipulis tribuebant  
 Ansam <sup>b</sup> jactandi, pro te simul esse merebant  
 Legati, qui <sup>c</sup> te jam non in carne sciebant.

Caput 6. *Non negligere.*

Ne, Paulus monuit, data gratia negligeretur:  
 Utque Ministrum se rectum probet, ipse fatetur,  
 Quanta laborarit: per eum deïn quisque monetur,  
 Gentis ut infidæ convictus mox reseceatur.

Caput 7. *Gaudia.*

Quantum Paulus amet Corinthum, commemoravit:  
 Et quod in adversis ipsi plausum generavit,  
 Dum se correxit; mœrorque quod ille creavit  
 Grande bonum, chartâ quem nuper eis recitavit.

Caput 8. *Dentque.* \*

Hiscé stipem Paulus <sup>d</sup> dare, qui Solymis eguerant,  
 Et <sup>e</sup> fecisse monet, quod pridem proposuerunt:  
 Deinde Ministrorum laudes horum patuerunt,  
 Qui legisse stipem missi per eos abierunt.

Caput 9. *Cura Dei.*

De larga & prompta stipe pergis Paule monere,  
 Hortans, ne timeant, quod ob hoc cogantur egere;  
 Quin fidant Divo, cui cuncta provida de re  
 Cura est: tum fructus lege, quos stips suevit habere.

Ca-

<sup>a</sup> ex certa spe futuræ gloriæ. <sup>b</sup> coram adversariis.  
<sup>c</sup> quem prædicant, & per quem Deo reconciliatus est  
 mundus. <sup>d</sup> Prompto animo, exemplo Macedonum, &  
 Christi. <sup>e</sup> pro sua facultate.

Caput 10. *Impediunt.*

Paule potestatem memoras, summamque laborum  
 Apponis falsos ob Doctores habitorum  
 Pro Christo, qui te dum clamabant in honorem,  
*Fructus verborum nimis impediere tuorum.*

Caput 11. *Passus.*

Corintho falsos ob Doctores metuebat:  
 Et cur nil ab eis acceptarit, perhibebat:  
 Utque sibi melius credant, de se referebat  
 Laudem: *quæve prius mala a passus erat, tribuebat.*

Caput 12. *Stimuli que.*

*Visa, suosque simul stimulos Paulus memoratur:*  
 Corinthusque facit, tua quod præconia fatur,  
 Pro queis vellet adhuc obiisse, licet vereatur,  
 Ne schisma inter eos, dum venerit, experiatur.

Caput 13. *Potestas. \**

*a* Territat hosce minis, in crimina qui cecidere,  
 Quod mox plectet eos, dum venerit ipse severè:  
 Namque potestatem notat à te Christe tenere:  
 Tum monet, & mandat se se salvare jubere.

*a* in prædicando Verbum Dei. *b* à qua potius debuit  
 set commendari propter accepta ab ipso beneficia. *c* &  
 alia vitia. *d* quò ad pœnitentiam provocet.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
AD GALATAS.

Argumentum.

*S*cripsit Apostolus Galatis Hanc Epistolam ab  
Epheso, & ipsos falsorum Apostolorum &  
Judaorum persuasionibus ad legem ac circumci-  
sionem revocatos efficaciter hortatur, ut ad ve-  
ram fidem rursus revertantur. Et habet Ca-  
pita 6.

AD GALATAS.

Caput I. *Abscesserunt.*

Corripuit Paulus Galatam, quòd ab hoc remeavit  
Sancto & Evangelio, quod nuper ei recitavit,  
Contra quod pariter dum se pugnasse notavit,  
Illius effectum se præconem memoravit.

Caput 2. *Ac suscipiebant.\**

Verba Evangelii cum libertate docebat  
Paulus, Apostolicus quem cœtus suscipiebat  
In socium: publicè tum Cepham corripiebat,  
Et quòd *b* legis opus non justificet, perhibebat.

Ca-

---

\* quod ipse non ab homine, sed per Christi revela-  
tionem didicit. *b* sed fides in Christum.

Caput 3. *Bellè exsolvebat.*

Flamen mortales, ut Abram, <sup>a</sup> credendo merentur:  
 Ac maledictis hi, qui sunt sub lege, tenentur,  
*Quæ tamen à nobis per Christum rapta docentur:*  
 Atque <sup>b</sup> fide, quæ sunt Abrahæ promissa, replentur.

Caput 4. *Sub lege.*

*Ante Redemptorem Judei* <sup>c</sup> *subiacuere*  
<sup>d</sup> *Legibus*, atq; ab iis vult <sup>e</sup> Paulus eos removere:  
 Bini Abrahæ Nati duo Testamenta fuere,  
 Quæ legis cupidos ejectionis docuere.

Caput 5. *Caroque.*

Non capit hic Christum, qui vult ex lege beari:  
 Nec prodest in eo tibi circum in carne secari:  
 Seductorque fugi, tum fratri frater amari  
 Debet: & *obsistit f caro, datq; polò spoliari.*

Caput 6. *Juvenus.* \*

*Corde & juves humili: fer* <sup>b</sup> *onus: bona facta se-*  
*quaris,*

Tumque <sup>i</sup> *metes: minimè seductorem patiaris:*  
 Qui suadet, nec agit: tua gloria, Paule profaris,  
 Est Christus; nec quid præcisâ carne lucraris.

EPI-

<sup>a</sup> in Christum, & non ex legis operibus. <sup>b</sup> licet in-  
 terim lex tanq. pædagogus data fuerit, quæ non pote-  
 rat justificare. <sup>c</sup> in modum hæredis adhuc parvuli. <sup>d</sup>  
 tanq. tutori. <sup>e</sup> commemorans, quantò fervore ipsum  
 ac prædicationem ipsius antea acceperant. <sup>f</sup> Spiritus au-  
 tem adfert fructus, quibus cælum obtinemus, et si legis  
 opera non præstemus, <sup>g</sup> proximum. <sup>h</sup> alterius. <sup>i</sup> vi-  
 tam æternam.



EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
AD EPHESIOS.

Argumentum.

**H**anc Epistolam scribit Apostolus Ephesiis, dum Romæ in carcere detentus esset, eosque laudat ob suam in fide & virtutibus perseverantiam. Et habet Capita 6.

EPHES.

Caput 1. *Amant.*

Quòd Deus Electis bona fecerat, & quòd <sup>a</sup> amavit Ephesus, atque fidem tenuit, grates recitavit Paulus: & ut sapiant, orat: Divus <sup>b</sup> revocavit Christum, quem statuit <sup>c</sup> caput, & tum magnificavit.

Caput 2. *Cives.*

Ad vitam vitio functi sunt Christe retracti Te Duce: Gentiles à promissis procul acti Sunt etiam <sup>d</sup> cives Sanctorum jam modo facti: Cumque Prophetis sunt eadem fundamenta nacti.

Caput 3. *Gens.*

Vatibus hæc Paulus mysteria pansa profatur, Quòd Genti Divi promissio participatur: Et radicari dein hanc in amore precatur, Quæ Divi pariter mysteria perdoceatur.

T

Ca-

<sup>a</sup> proximum. <sup>b</sup> à mortuis. <sup>c</sup> super omnem Ecclesiam. <sup>d</sup> per Christum & fidem, quæ Dei donum est.

## Caput 4. Ordo.

Spiritus unus fit: diversa charismata dantur:  
*Ecclesia* <sup>a</sup> ordo: vetus ponatur homo: moveantur  
 A te (ceu <sup>b</sup> membro) post haec quicunq; vagantur  
 Effrænem carnem: moresq; novi capiantur.

## Caput 5. Viroque.

Christum secteris: vitium fuge cum scelerato:  
 Et tempus redimas, exercitiumq; levato:  
 Tuq; viro mulier te pectore subde paratò,  
 Et vir (ut Ecclesiam Christus) nuptam redamato.

## Caput 6. Parentum. \*

Pareat & proles & servus: deinde parentes  
 Prolibus, ac servis Domini sua sint facientes:  
 Arma Dei <sup>c</sup> sumas: & devotas tibi mentes  
 Paule precatore pro te petis esse frequentes.

<sup>a</sup> à Christo datus ad sui corporis ædificationem usque  
 ad finem mundi. <sup>b</sup> corporis Ecclesiæ, in quo permanere  
 oportet. <sup>c</sup> ad resistendum spiritualibus inimicis.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
 AD PHILIPPENSES.

## Argumentum.

**H**anc Epistolam ex eodem carcere, de quo in  
 superioris Epistolæ Argumento fit mentio,  
 scripsit Apostolus Philippensibus, quibus eos  
 hortatur, ut fidem Christi constanter teneant,  
 nec fragantur adversis, nec fidem habeant Pseu-  
 doapostolis judaizantibus: docerq; non ex  
 le-

lege, sed ex fide Christi veram esse justitiam.  
Demum magnas pro ipsorum munificentia gra-  
tias agit. Et habet Capita 4.

## PHILIP.

Caput 1. *A vita.*

Quòd fructum tulerint mala Paulo, significavit,  
Quod nisi respiceret, *a* dissolvi velle notavit:  
Juxta Evangelium dum dignè deïn stimulat  
Pergere, pro Christo quòd passi sint, memoravit.

Caput 2. *Metuendo.*

Dilige: sis concors, humilisq̄ue *b* Dei documentò,  
Cui cuncti flectunt: *operanda salu: metuendo:*  
Hæc dat Philippis Paulus, *c* plausum capiendo,  
Et laudem de *d* Timotheo, *e* socioq̄ue movendo.

Caput 3. *Proficit.*

*f* Legale haud jacta: Paulo fæx omne puratur,  
Ut sic justitiam sumpsisse fide mereatur:  
*Proficit & semper*, quò tandem perficiatur:  
Hinc Philipensis, monet, *g* ipsum turba sequatur.

Caput 4. *Orent.* \*

Ut stent, & *b* plaudant, moderari sintq̄; notavit,  
*Orentq̄;* & *grates dent*: pacem deïnde rogavit:  
Ut teneant, quæ sunt Divi, tum sollicitavit:  
Mox, quia *i* miserunt, quibus indignit, celebravit.

T 2

EPI.

*n* & cum Chr. esse. *b* formã servi accipient. *i* tu de illis  
quòd inser malos sanctè vivant, tum de se, quòd tales habeat  
Discip. *d* quòd Evang. sincerè prædicet, & quòd obedient.  
virtute infig. sit. *e* Epaphrodit. quẽ ad eos mitt. postq. ab æ-  
gritudine convaluit. *f* alioq. id maxime Paulo conven. *g* &  
non discipulos cruc. Chr. inimic. *b* in Dño. *i* per Epaphrod.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
AD COLOSSENSIS.

Argumentum.

**H**anc quoque Epistolam ex eodem carcere scribit Apostolus Colossensibus, quâ eos à Pseudoapostolis præventos corrigit, & ad fidei veritatem adhortatur. Tradit etiam quædam vitæ Christianæ præcepta. Est autem hæc Epistola valde similis ei, quam dedit ad Ephesios. Et habet Capita 4.

COL.

Caput I. *Ad profectum.*

Ut <sup>a</sup> Colosse magis <sup>b</sup> crescat, Paulus rogavit: Christus imago Dei est, <sup>c</sup> per quem Pater omne creavit:

Inque sacra Paulus dum Colossen stimulavit Stare fide, Christi se <sup>d</sup> servum significavit.

Caput 2. *Caveant.*

Admonet à Christo non duci voce Sophorum, Qui reddemt eos de cœno flagitiorum, Et de chyrographis, ac vincolo dæmoniorum, Ut jam nullorum legalia sint pretiorum.

<sup>a</sup> in fide, spe, & charitate se exercens. <sup>b</sup> in scientia Dei, bonisque operibus. <sup>c</sup> & qui caput est Ecclesiæ, quò omnia pacificata sunt. <sup>d</sup> ad prædicandum mysterium à sæculis absconditum, & nunc manifestatum.

Caput 3. *Vetus.*

*Pone a hominem veterem: virtutes fume: colendū  
Viribus est Numen cunctis, ad quod referendum  
Est totum: tandem quid conjugibus sit agendum:  
Quid Nato & Patri, servis & Heris faciendum.*

Caput 4. *Atque legatur.* \*

*Poscis Paule Preces: hic, qui foris est, habeatur  
Cautiūs: acta b notas: deinde salus recitatur:  
Ecclesia, tandem mandas, ut utrique legatur,  
Ad Laodicenses quæ Littera missa notatur.*

*a cum actibus suis, qui hic explicantur: & homo no-  
vus induendus, in quo non est distinctio nationis aut con-  
ditionis. b per Tychicum ipsis Colossensibus.*

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
AD THESSALONICENSES I.

Argumentum.

*S*cribit Corinthō Apostolus hanc Epistolam  
Thessalonicensibus, laudans eos, quod Judæis  
licet insanō studiō contrā nitentibus, in assum-  
pta fide constanter permansissent, & Deo gratias  
agit. Interim sui commendationem adjiciens  
in memoriam revocat, qualiter, ne eis grava-  
mini esset, etiam à sumptu accipiēdo absti-  
nuisset. Tandem subjungit præcepta vitæ Chri-  
stianæ. Et habet Capita 5.

## THESS. PRIOR.

Caput I. *Attulerat.*

Commendans Thessalonicam grates referebat,  
 Quòd constante fidem sumptá dum mente tenebat,  
 Ipsius & Christi sectatrix esse <sup>a</sup> studebat,  
 Montrans, quos *fructus in eis sua vox faciebat.*

Caput 2. *Præco.*

*Quàm sincerus ei Præco fuerit, memoravit:*  
 Et quia verba Dei tenuit, grates recitavit:  
 Ac dum multa suos per contribules <sup>b</sup> toleravit,  
 Erga Paulus eam deín affectum referavit.

Caput 3. *Mittit.*

Ut non fortè fidem linquant ob multa malorum,  
*Timotheum mittit*, quò dat redeunte Polorum  
 Factori <sup>c</sup> grates: ut mendaque tollat eorum,  
 Visere votorum fuit illos summa suorum.

Caput 4. *Labor.*

<sup>d</sup> Jussa, monet, servent, crimen carnale caventes:  
 Se redament: *faciant opus, ut non sint cupientes:*  
 Surgendiq; modum docet: & monet, ob morientes  
 Ut non tristitiæ conturbent nubila mentes.


Caput 5. *Ut fur.* \*

*Fur est lux Divi:* sed <sup>e</sup> ii minimè capientur:  
 Atque his, qui præsumt, fidè parere monentur: Et

---

<sup>a</sup> & reliquis credentibus forma facta est. <sup>b</sup> sicut Ec-  
 clesia Judææ passa est à Judæis, qui unà cum Christo etiã  
 pios omnes persequuntur. <sup>c</sup> quòd in fide ac dilectione  
 firmi permanserint. <sup>d</sup> sibi tradita. <sup>e</sup> scil. Thessaloni-  
 censes, utpote se semper ad illam præparantes: ad quod  
 etiam illos hortatur.

Et quales in se sint, in Divumque, docentur,  
Pro queis dando preces, rogat, ut pro se quoque  
dentur.



EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
AD THESSALONICENSES II.

Argumentum.

**A**d Thessalonicenses secundam scribit Aposto-  
lus ab Athenis Epistolam, in qua eos in-  
struit de novissimis temporibus: de adventu, per-  
secutione, & fallaciis Antichristi, ac de ejusdem  
exaltatione atque ruina. Et habet Capita 3.

POSTREMA.

Caput I. *Afflicti.*

Pro crescente fide Thessalonicæ recitavit  
Grates: & , quòd ei pro fatis ( *quæ toleravit* )  
Gloria dum dabitur, <sup>a</sup> fluet hosti pœna, notavit:  
Utque vocet Divus, dignos fieri rogavit.

Caput 2. *Non credant.*

Hic de luce Dei nil <sup>b</sup> credendum referebat,  
<sup>e</sup> Antichristus enim veniet prius: & tribuebat  
Grates, quòd credunt: servareque verba monebat  
Tradita: Divus eos ut firmet, deinde petebat.

T 4

Ca-

<sup>a</sup> in die judicii. <sup>b</sup> seductoribus. <sup>c</sup> qui varia edes  
prodigia, quibus reprobi seducentur.

Caput 3. *Atque precamen.* \*

Pro se dein<sup>a</sup> Paulus rogitantia verba rogavit,  
 Huncque fugi, qui non servat sua jussa, notavit,  
 Et qui vitat opus, cui sapius ipse vacavit;  
 Nec tamen hunc<sup>b</sup> hostem servandum significavit.

<sup>a</sup> confidens, quòd servaturi sint ipsius præcepta. <sup>b</sup>  
 cum potius ut amicus corripiendus sit.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
 AD TIMOTHEUM I.

## Argumentum.

**H**anc Epistolam scripsit Apostolus Timotheo,  
 ut verisimile est, ex Philippis, in qua eum  
 instruit de ordinatione & officio Episcopatus, &  
 Diaconatus, atque omnis Ecclesiastica disciplina.  
 Et habet Capita 6.

## PRIMA TIM.

Caput I. *Apostolus est.*

<sup>a</sup> Mandatum repetit: lex justo non veniebat:  
 Dat grates, munus quòd Apostolicum<sup>b</sup> capiebat:  
 Ut<sup>c</sup> discat peccans, miserens sibi Numen habebat:  
 Timotheum, miles sit ut impiger, inde monebat.

Ca-

<sup>a</sup> Timotheo traditum, de retrahendis quibusdam à  
 falsa doctrina, & tradenda sana. <sup>b</sup> utut persecutor Ec-  
 clesie. <sup>c</sup> quòd nimirum Deus in peccatores se longa-  
 nimem exhibeat.

**Caput 2. Taceant.**

Hic pro Rege <sup>a</sup> preces fieri, Magnisque jubetur:  
Est Deus & Medians unus: quò more precetur  
Tum vir, tum mulier: mulieris deinde docetur  
Ornatus, *linguam quæ continuïsse monetur.*

**Caput 3. Præsul quoque.**

*Antistes qualis, Diacon, & fœmina,* clarè  
Timotheo Paulus dedit, ut queat inde notare,  
Semper in <sup>b</sup> Ecclesia bene coram Numine stare:  
Dein verbum carnem factam cœpit recitare.

**Caput 4. Falsum. \***

*De nuptis, dapibus, rebus reliquisq; seretur*  
*Dogma malum:* vanæ tum doctrinæ prohibetur  
Discipulo studium: pia facta sequique jubetur,  
Et juvenis quamvis exempla dedisse monetur.

**Caput 5. Bis veneror Mystas.**

Qui senior, juvenes, & anus, <sup>c</sup> viduæque regantur:  
*Bis venerare probos Mystas,* qui dum insimulantur,  
Non sine teste audi: publicè qui corripiantur:  
Non citò pone manum: modicum bibe: <sup>d</sup> crimina  
dantur.

**Caput 6. Fugias aliena docentem. \***

Servus honoret <sup>e</sup> heros: *aliena docens fugiendus:*  
Quæ mala avaritiæ, quæ vitatâ est capiendus  
<sup>f</sup> Timotheo callis virtutum: dein reprimendus  
Divitis est fastus, largire stipemque monendus.

T 5

EPI-

<sup>a</sup> & gratiarum actiones. <sup>b</sup> quæ est columna veritatis.  
<sup>c</sup> cujus etiam eligendæ conditiones annotantur. <sup>d</sup> varia.  
<sup>e</sup> sive fideles, sive infideles. <sup>f</sup> qui & fidem, quam in bap-  
tismo confessus est, & hæc Pauli mandata servare admonetur.

# EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM II.

## Argumentum.

**A**postolus Timotheo scribit hanc Epistolam Româ ex vinculis, in qua eum ad martyrium invitât, informans de Catholica veritate, & novissimis temporibus, ac sua passione. Et habet Capita 4.

### ALTERA.

#### Caput 1. *Ademerat.*

Dat grates pro <sup>a</sup> Timotheo: mortemq; necavit  
Jesus, & Paulum <sup>b</sup> Doctoris honore beavit:  
Cunctaque plebs Asiæ quòd eum liquit, memoravit:  
Proque bonis Ædes Onesiphori celebravit.

#### Caput 2. *Et doceat.*

Timotheum monet, ut doceat bene, tum <sup>c</sup> patiatur:  
Præmia surgentis Christi: legis caveatur  
Quæstio cum <sup>d</sup> rixis: <sup>e</sup> ædes vasisque notatur:  
Quas Divi servus virtutes deinde sequatur.

#### Caput 3. *Scriptura.*

Crimine plenus, ait, grex imponet mulieri,  
Veroque obstabit: virtuti deinde studeri  
Timotheo <sup>f</sup> suavit, patienter & aspera ferri:  
*Quisvè queat sacris ex scriptis fructus haberi.*

<sup>a</sup> quòd fidem non fictam tenet, quam intrepidâ prædicatione jubet exeri. <sup>b</sup> Gentium. <sup>c</sup> pro Christo. <sup>d</sup> & profanis vaniloquiis. <sup>e</sup> magna. <sup>f</sup> suum illi exemplum proponens.

## Caput 4. Vocavit. \*

Prædicet in <sup>a</sup> falsos Doctores, sic stimulat  
 Timotheū, atq; ferat mala: tum pœnam memoravit  
 Et diadema sibi fore: *Timotheumq;* <sup>b</sup> vocavit:  
<sup>c</sup> Desertus prius est; sed cum Divus relevavit.

<sup>a</sup> & in eos, qui tales sibi coacervant. <sup>b</sup> eò quòd à  
 multis desertus sit, & ab Alexandro multa passus. <sup>c</sup> in  
 sui defensione coram Nerone, cùm secundò Romā venisset.

\*\*\*\*\*

# EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD TITUM.

## Argumentum.

**H**anc Epistolam scribit Apostolus ad Titum,  
 uti aliquorum est opinio, ex Philippis, in  
 qua primò de Presbyteris seu Episcopis ordinan-  
 dis Titum instruit: moxq; adversus judaizan-  
 tes insurgit, quos jubet acriter increpari: deinde  
 ad morum præcepta vertit orationem. Et simul  
 mentionem adjicit gratiæ, quæ nullò nostrò meritò  
 salvat per Christum. Denique à vanis quæstio-  
 nibus avocatur, & hæreticos vitandos esse admonet.  
 Et habet Capita 3. **TIT.**

## Caput I. Antistes.

Pax sit, ait Paulus: <sup>a</sup> spes atque æterna notatur:  
 Presbyter & Præsul quis sit, tum significatur:  
 Actè scelus varium quorundam corripitur:  
 Mundum omne est mundis: factò Divusq; negatur.

Ca.

<sup>a</sup> quæ jam manifestata est.

Caput 2. *Anus.*

*Qui doceat canos & anum, juvenemq; , monebat:  
Utque det exemplum se cunctis, adjiciebat:  
Quid doceat Divi nos gratia, tum perhibebat,  
Donaque per Christum nobis collata docebat.*

Caput 3. *Hæres.*

*Quæ suadenda suis virtus, à queis retrahendi  
Sint vitiis. <sup>a</sup> Salvi sumus in virtute fluenti,  
<sup>b</sup> Hæredes per spem: dantur præcepta cavendi  
Doctrinas vanas, atque Hæreticos fugiendi.*

*<sup>a</sup> à prioribus peccatis: idque ex sola Dei benignitate,  
<sup>b</sup> vitæ æternæ.*

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI  
AD PHILEMONEM.

## Argumentum.

*SCRIBIT Apostolus hanc Epistolam Philemoni ab  
Urbe Roma de carcere, in qua fidem & cha-  
ritatem in sanctos commendat, & ut Onesimo in-  
dulgeat, eumque recipiat, precatur. Et habes  
Caput unicum.*


## PHILEM.

Caput 1. *Associare.* \*

*Onesimum, cui das ad Philemonem remeare,  
Paule recommendas, in te dicisque levare  
Illius culpam: cuperes tibi sociare,  
Ut veluti fidus te possi præco juvare.*



EPI-



# EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

## Argumentum.

**I**n hac Epistola duo potissimum agit Aposto-  
lus. Partim enim docet, quæ Christi digni-  
tas & officium, quæque sacerdotii ejus & sacri-  
ficii supra Leviticum excellentia. Partim verò  
consolatur Hebræos, & ad perseverantiam fidei  
in Christum hortatur. Et habet Capita 13.

## HEBRÆI.

### Caput 1. *Altior est.*

*Acceptas Juvenum leges ope Sydereorum  
Sic nova lex Christi prait, ut genus Aligerorum  
Christus pæcedit, quos ortus, imperiorum,  
Atque potestatis superat titulis, & honorum.*

### Caput 2. *Minor est.*

*Cum jussa Aligeri violans pœnis feriatur,  
Plus meret has, Christi qui jussum prævaricatur,  
Qui carnem sumens minor Aligeris memoratur,  
Atque salus factus credentibus insinuatur.*

### Caput 3. *Pareto.*

*Christus Filius est, Moysen ( qui in Numinis æde  
Tantum servus erat ) superans, hinc pectora cede  
Illius obsequio, ne te propulsio fœdè  
Tangat, ut Hebræos, Divi careasque quiete.*

Caput 4. *Videtque.* \*

Quam perdit Judæa cohors incredulitate,  
 Fac tu, ne careas <sup>a</sup> requiei sede beatæ:  
<sup>b</sup> Viva Dei vox est: cernit Deus omnia latè,  
 Compatiturque nimis de nostra debilitate.

Caput 5. *Blandè audit.*

*Munus Pontificis pro nobis accipiebat*  
 Jesus, atq; preces <sup>c</sup> dedit, audiriq; merebat,  
<sup>d</sup> Parere & didicit, de quo minimè capiebat  
 Abdita plebs, chartas ad quam Paulus tribuebat.

Caput 6. *Repeti.*

Dum *baptisma docet recidenti non repetendum,*  
 Cùm magis ex hoc sit maledictum jure timendum,  
 Abram longanimum dat Hebræis esse sequendum,  
 Ut sumant, Divus quod juravit tribuendum.

Caput 7. *Mystatus.*

Melchisedech superat Levitas: *Presbyteratus*  
*Hinc Christi fuerat juramentò solidatus*  
 Juxta Melchisedech, & cedit ei Levitatus,  
 Qui per eum simul est cum legibus evacuatus,

Caput 8. *Nobiliora.* \*

*Levitas superat e Christus, quia nobiliora*  
*Sacramenta dedit, quàm Mysta per æva priora:*  
 Lex nova danda fuit, loca nam vetus inferiora  
 Ceperat, ut fuerant Jeremiæ dicta per ora.

*a* in quam credens, admitti allabora. *b* & efficax.  
*c* ad Patem. *d* factus obtemperantibus causa salutis æ-  
 ternæ. *e* in dextra Patris sedens.

Caput 9. *Celsior est.*

Cum levius tenuit sacrum Lex inveterata,  
 Nostra præit, Jesus ubi Presbyter, atque litata  
 Hostia nos mundat: qui, dum sua sunt solidata  
 Testamenta, necis debebat sumere fata.

Caput 10. *Nova.*

Fit nova lex, veteris quia sacra minora fuere:  
 Atque in ea cunctum scelus una potest abolere  
 Hostia, cui, ne plus priscis plectaris, a adhære:  
 Laus datur Hebræis, quoniam permulta b tulere.

Caput 11. *Laus fidei.*

Das laudem fidei tu Patrum Paule per Acta  
 Davidis usque dies, ac Varum tempora facta:  
 Perque fidem, memoras, illis sint quanta peracta,  
 Quorum mercedem non est tamen actio nacta.

Caput 12. *Fer.*

Exemplò Paulus Veterum, Christiq, ferenda  
 Dat mala: dein scelerum mandat mala facta cavenda:  
 Pareto, veteri cum lex nova sit præhabenda,  
 Ne tibi fors major sit Hebræo pœna luenda.

Caput 13. *Præpositisque.* \*

Suadetur virtus: peregrinum dogma vetatur:  
 Araq, cum Sacris binæ legis refricatur:  
 Præpositis semper pareto: precesque precatur  
 Paulus idem faciens: alterna salus recitatur.

EPI-

a fide, spe, charitate, ac bonis operibus, b & patien-  
 tiis consistere.

EPISTOLA CATHOLICA B. JACOBI APOSTOLI.

Argumentum.

**J**acobus Apostolus patientiam suadet: & apud Deum non esse personarum acceptionem docet: fidem sine operibus mortuam esse tradit: malaque ex linguae vitio provenientia aperit: bella & controversias reprehendit, & ad virtutes inducit. Et habet Capita 5.

JACOB.

Caput 1. *Ab axe petas.*

Prodest tentamen: caelo doctrina petenda:  
Dat bona, nec tentat Deus: est citò vox capienda:  
Lingua, atque iræ sint tardæ: sunt vera replenda  
Factò: & pro vera quæ Religio fit habenda.

Caput 2. *Factumque.*

Non te personæ moveant: nam cui violatur  
Unica lex, omnis legis reus esse notatur:  
*Sis factò clemens: hòc nam quis justificatur:*  
Mortua quippe fides, si desit opus, memoratur.

Caput 3. *Loquax.*

*Est mala lingua nimis multorum causa malorum:*  
Atque gravis labor est rectum regimen populorum:  
Adjicitur magnum tandem discrimen eorum,  
Qui Telluris habent doctrinam, quivè Polorum.

Caput 4. *Amor.*

Non animo pare cupido: contra truculentum  
Sta Satanam: Divo datur & magis adveniendum:  
*Mutuus ut sit amor*, super hoc erit inde studendum:  
Et de non certis Divo da prospiciendum.

Caput 5. *Ungant.* \*

Vindictas cernent oppressores opulenti  
Pauperis; interea sit inops animô patienti:  
Non jures: *egros line*: sunt actusque fatendi:  
Vis precis est iusti: sunt errantes revehendi.

EPISTOLA B. PETRI APOSTO-  
LI I.

## Argumentum.

**B.** Petrus gratias agens Deo, quod passione Fi-  
lii sui genus humanum salvavit, ad rectè  
vivendum omnes erudit, & de præterita vita  
pœnitentiam agere suadet, ac novæ vitæ insiste-  
re adhortatur. Et habet Capita 5.

PET. PRIOR.

Caput I. *Ad fidem.*

Dum Deus ad fidei gremium, a vitamq; trahebat,  
(Quæ pressis dabitur) Paulus grates referebat:  
Mundam dein illos vitam duxisse monebat,  
Ceu quos sanguineis Christus guttis redimebat.

U

Ca-

\* æternam, de qua Prophetæ yaticinati sunt.

### Caput 2. *Adi.*

*Ad Lapidem Christum sine ficta mente renati  
Credendo veniant electi, olim reprobati:  
Nec sint carnales; sed sint a parere parati  
Divo: tum tolerant mala, ceu Christus, tribulati.*

### Caput 3. *Patiaris.*

Regula conjugibus datur: ornatus mulieris:  
Virtutes facies, *Christum passumq; sequeris:*  
Sic salvus factus baptismi fonte doceris,  
Ut salvata fuit de fluctibus Arca severis.

### Caput 4. *Amato.*

Antiquum crimen reddemptis est fugiendum:  
*De precibus dein est, & amore datum documentum:*  
Et datur, ad Divum quod totum sit referendum:  
Gaude, dum fuerit tibi pro Christo patiendum.

### Caput 5. *Resiste. \**

Exemplis sanctis, verbisque Gregem Seniores  
Pascant; his autem se submittant juniores:  
Sis humilis: Divi curae dare teque labores:  
*Sta contra Satanae sobrius, credensq; furores.*

*a Superioribus.*

\*\*\*\*\*

## EPISTOLA B. PETRI APOSTO- LI II.

### Argumentum.

**B.** *Petrus Fideles hortatur, ut fidem, etiam  
se mortuo firmiter retineant, errorumque  
ma-*

magistros longissimè fugiant, quorum mores & studia depingit. Et habet Capita 3.

POSTREMA.

Caput 1. *Ad virtutes.*

Dona Dei refricans ad virtutes <sup>a</sup> stimulavit,  
 Ut cælum capiant: moriturum seque notavit:  
 Ex Christo, quòd sint sua dogmata certa, probavit,  
 Quem Patris & Vatum vox comendans celebravit.

Caput 2. *Seducentque.*

Seducent, sument & pœnam Pseudodocentes,  
 Ad mala diluvii ceu svetæ tempore gentes,  
 Ac Sodomæ cives: horum moresque nocentes  
 Dat Petrus, & turpi notat illos igne calentes.

Caput 3. *Velut fur.* \*

Dum rident aditum Divi, mundum renovandum;  
 Dat Petrus: & quoniam veniet <sup>b</sup> citò, quemq; parandū  
 Admonet: ac Pauli scriptum laudat venerandum;  
 Attamen id rudium depravat dogma nefandum.

<sup>a</sup> Petrus. <sup>b</sup> ac insperatè, velut fur.

EPISTOLA B. JOANNIS APOSTOLI I.

Argumentum.

B. Joannes Apostolus testificatur de verbo veritatis & vitæ, ad confessionem peccatorum hortans, affirmansq; nos Jesum habere Advocatum ad Patrem, amorem mundi dissuadet, &

ad dilectionem Dei & proximi inducit. Et  
habet Capita 5.

PRIMA JOAN.

Caput 1. *Aspecta.*

*Author de Christo quæ vidit, cuncta fatetur,*  
Ut, velut ipse Patri, sic quilibet associetur  
Nato, qui mundat scelus: & mentire docetur,  
Qui de se dicit, quòd crimen non operetur.

Caput 2. *Duoque.*

Est Christus <sup>a</sup> Medians pro nobis: iussa tenentes  
Numen amant: <sup>b</sup> binæ leges: in <sup>c</sup> luce manentes:  
Et multis scribit, ut mundi sint odientes,  
Ac Sectæ, & <sup>d</sup> stabiles, Flamen Sanctumq; sequentes.

Caput 3. *Amat.*

*Divus amans nostrî datur hic: discrimen & horum,*  
Qui sunt ex Divo, Satanaque, Satore malorum:  
Dein amor atque odium: fiesque receptor eorum,  
Pectore quæ mundò petis à Rectore Polorum.

Caput 4. *Atque foras.*

Spiritus ex Divo qui sit: Divusque priorem  
Cum nobis, Natum dando, monstrârit amorem,  
Quisquis amet fidè fratrem, rerumque Satorem:  
*Perfectusq; foras amor imperat ire timorem.*

---

<sup>a</sup> & propitiatio pro peccatis totius mundi. <sup>b</sup> vetus  
& nova. <sup>c</sup> aut in tenebris. <sup>d</sup> in fide semel suscepta.

## Caput 5. Tres. \*

Divò natus : amor Divi : credendo domantur  
 Orbes : a tres hominẽ Christum, Divinũq; profantur,  
 In quem credentes vitã jugi recreantur:  
 Quæ sint ad mortem culpæ, quæ non, memorantur.

a in cælo & in terra.

EPISTOLI B. JOANNIS  
 APOSTOLI II.

## Argumentum.

Hic B. Joannes usque aded ad Sanctam femi-  
 nam scribit, ut eandem literis non dubitet  
 Dominam appellare : ejusdemque filiis testimo-  
 nium, quod in virtute ambulent, perhibet. Et  
 habet Caput unicum.

## ALTERA.

## Caput I. Ad Electam scribebat.

Electam Scriptor, Dominam quam penè vocavit,  
 Hic in amore sacro, pariterq; fide solidavit  
 Charis cum Gnatis : quæ dum breviter recitavit,  
 Cætera, donec eos adeat, servare notavit.



## EPISTOLA B. JOANNIS APOSTOLI III.

### Argumentum.

**G**ajum laudat Apostolus, quod in veritate ambulet, & recte fidei adhaereat, eamque operibus charitatis & misericordiae excornet, hortans, ut utraque in re constanter perseveret, neque curet aut prohibitionem, aut pravam exemplum Diotrebhis: quin potius accendatur exemplo Demetrii viri sincerè Christiani. Et habet Caput unicum.

### TERTIA.

#### Caput I. Adibit. \*

Gajum veracem, peregrinaque suscipientem Agmina, Diotrephen memorat mala facta gerentē; Demetrium pariter bene contestatur agentem: Datq; suam, Gajum quod speret visere, mentem.



## EPISTOLA CATHOLICA B. JUDÆ APOSTOLI.

### Argumentum.

**J**udas Apostolus fratres de corruptoribus via veritatis ita informat, ut illicitum esse dis-  
sertet

*Sertet de sub jugo servitutis semel liberatos denuo officii se subdere servilibus. Et habet Caput unicum.*

## JUDAS THADDÆUS.

### Caput I. *Adversum luxuriantes.* \*

Sit data firma fides contra genus omne malorum,  
*Qui propter luxum, veluti populus Sodomorum,*  
*Hebræiq; luent: collatio tum fit eorum:*  
 Enoch, & Fratrum <sup>a</sup> vox deïn stat Apostolicorum.

<sup>a</sup> quâ his, qui fidem susceperunt, in memoriam revocatur, quæ Enoch & Apostoli vaticinati sunt.



## APOCALYPSIS B. JOANNIS APOSTOLI.

### Argumentum.

*A*poalypsis B. Joannis tradit visiones ipsi Joanni factas in Insula Patmos, & tribulationes, quas Ecclesia Christi tunc patiebatur, & in futurum passura esset, maxime tempore Antichristi: agit etiam de suppliciis damnatorum, ac præmiis Electorum. Et habet Capita 22.

### APOCAL.

### Caput I. *Ad Patmos.*

*In Patmos missus, sua vila libris tribuebat Ecclesiis septem: candelabrumque videbat Septenum, atque Hominis Natû, qui mortis habebat Clavem, quo coram trepidans nimis ille cadebat.*

## Caput 2. Ephesum.

Hic Ephesum, Smyrnam, tum Pergama, deinde  
docebat

Thyatiram scriptis, laudatque hunc, qui fugiebat  
A Nicolaitis: aliosque dolere monebat:  
Dandaque vincenti sua præmia post referebat.

## Caput 3. Sardisque.

Post Sardis scripto Philadelphenses veneratur,  
Et Laodicenses: errans redeatque, profatur:  
Collaudansque alios vincenti pollicitatur  
Præmia: tum pulsat Deus, intrat, dum referatur.

## Caput 4. Sedentem. \*

Sessorem solii panso videt axe decorum,  
Circa quem coetus sedet octo ter Seniorum,  
Et quatuor sistunt animantes: atque thronorum  
Sessori pariter dant proni munus honorum.

## Caput 5. Brutaque.

Pandere cum librum nemo posset, lacrymatur;  
Agnum per caelum pansus tamen esse notatur:  
Huncque Senum pariter chorus, atque animans veneratur  
Bis binum, a coetus quibus Aligerum sociatur.

## Caput 6. Sol nigricans.

Cerae rumpuntur quatuor, variisque creatur  
Effectus terris: post quintam quisque precatur  
Martyr iudicium: dum sexta dein referatur,  
Iudicii signum venturi significatur.

Ca-

a eum omni creatura.

Caput 7. *Signati.*

Dum fit pœna soli, *sunt signum fronte gerentes*  
*Servari iussi*, quorum pars altera Gentes,  
 Altera Judæi fuerant, Divum recolentes:  
 Moxque stolâ turbas cernes albente nitentes.

Caput 8. *Septima.*

*Septima cera patet*: septem cum progrediuntur  
 Aligeri lituis, per quos ignes jaciuntur:  
 Dumque alius venit, tonitrus, fulgurque sequuntur:  
 Ac plagæ, lituos quatuor dum flant, oriuntur.

Caput 9. *Stellæ.* \*

Angeie quinte canis: *sydus cadit*: & glomerantur  
 De puteo bruchi, per quos homines patiantur:  
 Dumque canit sextus, quatuor vinclis relevantur,  
 Per quos tertia pars hominum morti tribuantur.

Caput 10. *Clamat.*

*Angelus ut fortis clamat*, tonitrusque tremendum  
 Dant verbum, *jurat non ultra tempus habendum*;  
 Ad tua Secretum sed Septime verba replendum  
 Annotat: & librum Joanni tradit edendum.

Caput 11. *Metitur.*

*Templum a metitur*: de bino teste futuro  
 Audit *b* cædendo, vitamque dein habituro:  
 Tellus mota *c* necat: strepitu canis Angele durò  
 Septime: moxque Senes dant grates pectore purò.

U 5

Ca-

*a* Joannes. *b* à bestia de mari ascendente. *c* septem  
 millia hominum.

Caput 12. *Mulier.*

Cùm *Mulier* *Gnatum* cernente dracone recentem  
 Edidit, hic ab ea mox fertur ad Omnipotentem;  
 Dumque draco cecidit pugnam faciens vehementè,  
 Moverat adversùs Mulieris prælia Gentem.

Caput 13. *Tum Bestia.*

*Bestia*, quæ <sup>a</sup> septem frontes, & dena gerebat  
 Cornua cum sertis totidem, Pontò veniebat,  
 Et blasphemabat Divum: Sanctos subigebat:  
<sup>b</sup> Altera de terra venit, primæque <sup>c</sup> favebat.

Caput 14. *Cantant.* \*

*Agmina casta* <sup>d</sup> carunt: Evangelii sonuerunt  
 Verba per Aligerum: <sup>e</sup> Babylonis tecta ruerunt:  
 Bestiam adoranti tormenta <sup>f</sup> notata fuerunt:  
 Aligerique duo messem, botrumque sciderunt.

Caput 15. *Devicta est.*

*Per quos effigies*, & *bestia victa* fuerunt,  
 Divum glorificant: qui septenas habuerunt  
 Piagas Aligeri septem, mox obtinuerunt  
 Septenas phialas, iram quæ continuerunt.

Ca-

---

<sup>a</sup> quarum una occisa, & deinde curata est. <sup>b</sup> duorum cornuum. <sup>c</sup> cogens fieri, & adorari imaginem ejus, haberi que nominis illius characterem. <sup>d</sup> & sequuntur Agnum. <sup>e</sup> clamat alter Angelus. <sup>f</sup> per tertium Angelum.

Caput 16. *Phialas.*

*In terram, pontum, & solem septena vibratur  
Pyxis, & in sedem, quâ Bestia stare notatur,  
Mox & in Euphraten, & in aëra deïn glomeratur:  
Pœnaque per terras ex hinc permagna creatur.*

Caput 17. *Meretrix.*

*Bestia comparet, meretrix in qua crapulata  
Sanguine Sanctorum tunicâ sedit decoratâ,  
Septenumque gerit caput, & quinum geminata  
Cornua, quæ tibi dat simul Aliger enucleata.*

Caput 18. *Ceciditque.*

*En cecidit Babylon, tormentum ejusque notatur,  
De qua quòd Reges lugebunt, insinuatur,  
Et quòd idem facient mercatores, memoratur;  
Exultaturus Polus autem significatur.*

Caput 19. *Negavit. \**

*De<sup>a</sup> meretrice Deum<sup>b</sup> laudant, & adesse notatur  
Agni connubium: non Angelus, ut recolatur,  
Pertulit: ac niveo<sup>c</sup> residens in equo memoratur,  
<sup>d</sup> Bestia cui pugnam movit: volucrisque<sup>e</sup> vocatur.*

Caput 20. *Et reserabantur.*

*Hic est Serpentis memoratio facta ligati,  
Atque ad mille annos in abyssum præcipitati,  
Per quem in charam urbem Gog & Magog stimulat  
Insurgent: libri deïn tandem sunt reserati.*

Ca-

*<sup>a</sup> judicata. <sup>b</sup> Sancti. <sup>c</sup> qui vocatur Fidelis, qui est  
verbum Dei, & Rex Regum, ac Dominus dominantium. <sup>d</sup>  
cum Regibus terræ, quæ cum eis victa est. <sup>e</sup> ad occiso-  
rum corpus devorandum.*

## Caput 21. *Fundamina.*

Axis, humusq; nova est: urbs venit ab axe novata;  
 Ceu conjunx Agni: plebs est bona glorificata;  
 At mala damnatur: *fundamina deïn solidata*  
*Urbis cum muris ac portis sunt recitata.*

## Caput 22. *Non minuatur.* \*

Humectat lignum vitæ vitale fluentum :  
 Urbe nec umbra, nec est maledictum repperiendum :  
 Angelus insinuat sibi cultum non tribuendum :  
*Huc tandem nihil est dandum, vel diminuendum.*





# ALTERUM COMPENDIOLUM,

SEU

## MEMORIALE MNEMONICUM,

*In singula Sacra Scriptura capita singula verba exhibens.*

Ubi nota, quòd licèt hęc carmina cum illis vocalis ad complendum carmen additis, & cursivò caractere impressis in se bene sonent; dum tamen verbum illud, quò caput exprimitur, & explicatio superiùs apposita cum vocula illa ad complendum carmen addita simul accipitur, sæpè malè sonare videtur: unde ut rectus habeatur sensus, dicta illa vocula non debet simul legi.

e. gr. dum hìc cap. 7. habetur: <sup>7. in arc.</sup>

vocula illa *atque* cursivis literis impressa in legendo omitti debet, & sic legendum erit. *in arcam intrant.* Et sic de aliis.

- |                     |                |                |                   |               |
|---------------------|----------------|----------------|-------------------|---------------|
| 1. Deus             | 2. plant.      | 3. pom.        | 4. occ.           | 5. Adæ        |
| GEN. Axem fecit,    | paradifus,     | edunt,         | Abel,             | ætas.         |
| 6. ob pec.          | 7. in arc.     | 8. ex ar.      | 9. Dei            |               |
| Balnea diluvii,     | atque intrant, | egressio,      | foedus.           |               |
| 10.                 | 11. turr.      | 12. Abr. it    | 13. Ab. à L.      | 14. Loꝝ       |
| Cum Nemrod,         | Babel,         | ex patria,     | sejunctio,        | captus.       |
| 15. De. Ab. de fil. | 16. pep.       | 17. ñn Abr. D. | 18. Sara          | 19. ard.      |
| Dat promissũ,       | Agar,          | mutat,         | ridet,            | Sodoma,       |
|                     |                |                |                   | aufert.       |
| 21. Agar            | 22. Abr.       | 23. Ab. ux.    | 24. Rebec.        | 25. Es. prim. |
| Expulsa est,        | proba,         | flet,          | sponsalia,        | vendidit,     |
|                     |                |                |                   | et lis.       |
| 27. Jac. patri      | 28. Jac. vid.  | 29. Jac.       | 30. dant R. et L. | 31. Rach. p.  |
| Fert pultem,        | & scalam,      | servis,        | famulas que,      | sefellit.     |
|                     |                |                |                   | 32. Jac.      |

32. *Jac. cum Ang.* 33. *Jac. fratri* 34. *Ap.* 35. *Bala v.* 36. *Jac. et Es.*  
*Ge' a-que* lucta, dabat donum, Dina, Ruben, abundant.  
 37. *Jos. frat.* 38. *in via* 39. *Jos. à f.* 40. *pist.* 41. *Jos.*  
*Hic* defert, Thamar, fugit, suspensio, Prorex.  
 42. *Jos. frat.* 43. *cum fr.* 44. *alscond.* 45. *Jos.* 46. *Jac. Æg.*  
 Includit, prandet, calicem, se prodit, adibat.  
 47. 48. *Jac. Manas.* 49. *Jac. fil.* 50. *Jos. patr.*  
 Liber Presbyter, antetulit, benedixit, humavit.

1. *Phar. masc.* 2. *Moyf.* 3. *Moy. ad lsr.* 4. *Moy.*  
**EXOD.** Aquis mergit, natitavit, mittitur, ivit.  
 5. *ad Ph. Mo. S A.* 6. *Mo. lsr.* 7. *virga* 8. *sec. pl. Æg.* 9. *quin. pl.*  
 Bini ad eunt, solans, fit serpens, rana-que, pestis.  
 10. *nona pl.* 11. *spolient Æ.* 12. *lsr. egred.* 13. *nub. S ign.*  
 Caligo, et gaxis, ex Ægypto, atque columnæ.  
 14. *Moy.* 15. *Mara* 16. *pluit* 17. *de petra*  
 Divisit Pontum, dulcescit, manna, bibebant.  
 18. *Mo. const.* 19. *Mo. adm.* 20. *datur.* 21. *cornup.*  
 Et primates, ascendit que, decalogus, et bos.  
 22. *pæna* 23. *lex* 24. *Mo. p. sang.* 25. *ad T. pet.* 26. *Taber.*  
 Furti, Judicis, ac resperfit, munera, forma.  
 27. 28. *Sacerd.* 29. *Sacerd.* 30. *ad us. T.*  
 Gnaviter aram aptent, toga, consecratio, nummi.  
 31. 32. *Mo. t.* 33. *Mo. D.* 34. *Mo. t.*  
 Hic Tabulæ dantur, fregit, placat-que, refecit.  
 35. *D. ad adif.* 36. *dona* 37. *duo* 38. *en.* 39. *Mo. op.* 40. *in Tab.*  
 Jussit dona, dabant, cherub, labra, finiit, & lux.

1. *rit. off.* 2. 3. 4.  
**LEVI.** Avium, similæ, tum pacificum-que, Ducum-que.  
 5. 6.  
 Buccam cludentis, delinquentis-que scienter.  
 7. 8. *Aar. et fil.* 9. *ign. hol.* 10. *Nad. etc.*  
 Criminis hostia, fiunt Mystæ, comedit, usti.  
 11. *anim.* 12. *puerp.* 13. *qu. nosc.* 14. *qu. exp.* 15. *semen*  
 Dein munda, immundæ, leprosus, lepra-que, fundens.  
 16. *expell.* 17. *off. hol.* 18. *conj.* 19. *præc.* 20. *qui s. f.*  
 Et caper, ante fores, gradus, et moralia, Moloch.  
 21. *Sacerd.* 22. *non comed.* 23.  
 Funus quale ad eant, impurificata-que, festa.  
 24. *ad*

24. ad lamp. perp. 25. n. pet. 26. præc. serv. 27. serv.  
Gnavè oleum tribuant, quæstus, flant præmia, vota.

IN NUMERIS. 1. ex lsr. 2. ubi stent 3. num. Levitæ.  
Apti bellis, acies-que,  
4. offic. 5. imm. proj. 6. Nazar. 7. Princ. litârunt.  
Bellè distribuunt, ex castro, quæ esca,  
8. fieri jub. 9. 10. jub. f. 11. pet. 12. Mariæ leprosa.  
Candelabra, Phæse quando, tuba, cepe,  
13. Chanaan 14. populi 15. lapid. 16. Core 17. virgâ  
Dives humus, murmur, lignans, absorptio, floret.  
18. 19. aqua 20. dat aq. 21. missi.  
Excubias quis agat, lustralis, petra, colubri.  
22. Bal. asin. 23. B. alt. 24. B. lsr. 25. Phin. Cozbi et Z.  
Fuste quatit, struxit, benedixit, trans-que, foravit.  
26. numer. 27. Salphaad 28. sanct. 29. sit sancta  
Gens bello apta, caret mare, Sabbata, septima luna.  
30. 31. lsr. cad. 32. fr. in Chan.  
Haud votum frangas, Madianitas, præcant-que.  
33. quadr. duo 34. terr. prom. 35. conf. 36. conj.  
Israëlis loca, distribuunt, Urbes, neque misce.

DEUTER. 1. lsr. in des. 2. ref. Dei 3. Mo. T. p. 4. præc. Agebat iter, benefacta, cupit, facienda.  
5. 6. Deum 7. servabitur 8. ne Dei obl. Bis lex quina, & ames, servans jussum, tribulantur.  
9. victor. 10. tab. M. 11. pun. præc. 12. dande Cælo dent, reficit, violantes, primitiæ-que.  
13. lapidetur 14. pr. perg. 15. sept. an. 16. in anno. 17. Divò abigens, vendas, redhibe, tria festa-que, quis rex.  
18. à Sacerd. 19. conf. 20. ex pug. p. 21. de clam occ. 22. viol. Esa oblata, urbes-que, domum, tum cautio, virgo.  
23. n. metend. 24. oper. 25. n. liga 26. dand. 27. q. formâ ut. Fratris ager, merces, bovis os, decimæ, benedicens.  
28. bened. 29. ls. c. D. 30. lex 31. Deuter. Gens servans jussum, fœdus, propè, tum recitetur.  
32. Moy. 33. Mo. loq. pop. 34. Mo. à D. Hymnum cantavit, moriturus, clam tumultatur.

IN JOS. 1. trans Ford. 2. Jericho 3. Ford. Abire parent, atque exploratio, siccus.  
4. in

4. in Jord. 5. Chan. 6. muri Jer. 7. Achan. 8. explor.  
 Bis sex saxa, timent, ruerant, furatur, et Hai,  
 9. Gabaon. 10. Jos. sol. 11. Jos. omn. 12. Moy. & Jos.  
 Castidè agunt, stiterat, servavit, quot trucidarunt.  
 13. Jos. terr. 14. Hebron dat. 15. Othon. 16. Chan. dant. 17. fors fil.  
 Dividat, atque Caleb, datur Axa, tributa-que, Salphad.  
 18. terras 19. accep. sort. 20. conf.  
 Et describebant, Gentes sex, oppida sena.  
 21. prom. P. fact. 22. alt. ad For. 23. Jos. 24. Jos.  
 Fit dein completum, struxere, senescit, obivit.

1. Othoniel 2. Isr. 3. Isr. cum G. 4. Jabel occ.  
 JUDIC. Axam habuit, flent, se maculant, Sifaram-que.

5. cum Deb. 6. Ged. 7. militum 8. occ. 9. jec. mul.  
 Barac cantat, vellus, aqua est proba, Salmana, fragmen.

10. 11. 12. Eph. n. pron. 13. Sams. 14. in ore l.  
 Cum Thola, Jephthe dux, Schibboleth, editur, & mel.

15. Sams. Phil. 16. S. auf. 17. apud m. Mich. 18. cum idolo  
 Decutit osse, fores, Bethlemita, Micham rapuerunt.

19. Levite ux. 20. Benj. 21. Benj.  
 Emoritur stuprata, necantur, dein reparantur.

1. in Moab t. 2. Ruth. spic. 3. ad ped. B. 4. fit Booz  
 RUTH. Abit Elimelech, collegerat, accubat, uxor.

1. 2. fil. Heli 3. Samu. 4. arca  
 REX PRIOR. Anna gemit, peccant-que, vocatio, capta.

5. Dag. an. arc. 6. fert. arca 7. arca depon. 8. clam. Isr.  
 Bis cadit, in vaccis, apud Abinadab, dato regem.

9. Saul as. 10. Saul à S. 11. Saul bov. 12. Samuel  
 Cum quærit, linitur, conciderat, innocuus-que.

13. Isr. 14. Jon. mel. 15. occ. 16. Da. dem. pell.  
 Deserti antra petunt, gustavit, Agag, citharis-que.

17. Dav. proj. 18. Michol dat. 19. Jon. patr. 20. Jon. dat. S.  
 Ex funda, pro præputiis, placat-que, sagittis.

21. Da. stul. 22. Saul oc. 23. Da. lib. 24. D. vest. S. 25. neg. esc. 26. D. auf.  
 Fingit se, Mystras, Ceilam, scidit, et Nabal, hastam.

27. Achis Dav. prof. 28. Samu. 29. Saul à D. 30. D. præd. 31. Sau. Jab.  
 Gratè habuit, surgit, remigrat, recipit, tumularunt.

1. Da. Amaleci 2. Dav. lin. 3. Jon. c. D. 4. Rech. & B.  
 ALTER REGUM, Adimit yisā, Juda, pacta, necantur.  
 5. ad

5. adv. Phil. Dav. 6. De. occ. 7. Da. T. ad. 8. Dav. plebs 9. Miph. c. D.  
Bellum binum, Ozam, proponit, & Aulica, prandet.

10. Han. nunc. D. 11. Dav. pecc. 12. Dav. 13. Ann. opp.  
Confudit, cum Bethsabee, doluit-que, sororem.

14. Abs. red. 15. in patr. 16. conc. patr. 17. conf. Ach. ann.  
De Gessur, conspirat, prostituit, Chusai-que.

18. Abs. pend. 19. pro Dav. 20. mitt. Seb. c. 21. reliq. Saul  
Ex quercu, contendunt, è muro, tumularunt.

22. David 23. David 24. David pop.  
Festivè cantat, quæ gesserat, & numeravit.

1. Dav. cales, 2. Dav. 3. ad Sal. ven.

**TERTIA REGUM PARS.** Abisag, moritur, meretrices.

4. Salom. 5. Hir. dat. S. 6. T. ædif. 7. Sal. æd. sibi 8. Temp.  
Bellæ epulæ, cedros, cœpit-que, domum-que, dicavit.

9. De. Sal. 10. Reg. Sab. 11. Sal. col. 12. seq. conf. 13. oc. Pr. 14. Tē. dep.  
Comparet, stupuit, statuas, juvenum, leo, Sefac.

15. 16. Zambri se 17. Elis. cæ. 18. petit 19. ante Jez.  
Dat jura Afa, cremat, claudit, pluviam, fugiebat.

20. Syrios cæd. 21. Ach. à Nab. ac. 22. Ach. 23. Josa.  
Et campestrenses, ac vinetum, superantur.

1. Ochoziam 2. Elias 3. f. à R. Moab

**QUARTUS REGUM.** Agitat morbus, rapitur, violatum.

4. Elis. amar. 5. lepr. 6. ferr. 7. Elis. præd. 8. agr. Sun:  
Bolum sanat, Nâman, nat, frugem-que, recepit.

9. Jez. à can. 10. Jeh. oc. Ach. 11. ab Athal. cæde 12. Jo. jub. T.  
Comeditur, stirpem, Joas salvus, reparari.

13. cadav. Elis. 14. Amasias 15. Rex Jud. 16. Achaz. f. dæ.  
Dat vitam, vindex patris, Joathan-que, sacra vit.

17. Sal. ls. tr. 18. Eze. luc. 19. Ang. Ass. 20. De. Ez. 15. an. 21. pecc. mag.  
Ex patria, frangit, necat, addiderat-que, Manassis.

22. librum 23. Jos. lib. 24. Joak. Nabu. 25. Jer. à Nab.  
Fortè invenerunt, legit, servit quoque, cincta.

**PAR. PRIOR.** 1. Adamus, 2. Judas, 3. David, 4. Simeon-que.

5. Bellacesque 6. Ruben, 7. Levi, 8. Aser, Benjamin ædes.

9. in Jeru. 10. De. Sau. 11. Dav. 12. qui Dav. 13. mor.  
Cives primi, abicit, liniunt, junguntur, & Oza.

14. Hi

14. Hiram 15. Dav. 16. arc. in Tab. 17. Dav. T. ad.  
Dat lignum, saltans, inducunt, proposuit-que.

18. Dav. 19. Da. Han. 20. Da. perc. 21. Da. pop.  
Est victor, solans, Ammonitas, numeravit.

22. pro Te. parat D. 23. Dav. 24. lth. etc. fil. 25. constit.  
Ferrum, aurum-que, senex, pro servitio, citharædi.

26. filii Core & Mer. 27. Trib. 28. q. sit Tem. 29. q. Princ.  
Gestant excubias, præfecti, forma-que, donant.

1. D. noct. Sal. 2. ad Hir. 3. Temp. 4. en.  
**PAR. POSTREMUS.** Adest, mittit, fundamen, et ara

5. pon. in T. 6. S. in T. 7. ign. hol. 8. S. edif. 9. Reg.  
Bina tabella, orat, comederat, oppida, Sabæ.

10. Rob. sen. con. 11. Rob. duc. 12. Ses. ler. 13. jerob. c. Ab. 14. rex.  
Contemnit, sponfas, spoliat, ne pugnet, & Afa.

15. Afa mat. 16. Hana. mitt. 17. rex 18. Micha. 19. Iosa. dat p.  
Dejicit, in nervum, Josaphat-que, in carcere, Mystas.

20. Iosa. coll. 21. rex 22. Iosab. 23. Iosa. 24. Iosa. T.  
Et spoliium, ac Joram, servat, linitur que, novat-que.

25. Amasias 26. Ozi. 27. rex 28. Ach. pec.  
Fit patris vindex, leprosus, Achhazius, auget.

29. sacrific. 30. Ez. fest. 31. Isr. ido. 32. Ang. occ.  
Gaudenter, celebrat, confringunt, Assyrios que.

33. Man. in Bab. 34. Ios. lib. 35. Ios. fac. 36. in Æg. et B.  
Hospes carceris est, legit, libamina, ducti.

1. Isr. ex B. 2. red. 3. edif. 4. Samar. ad. 5. cep. T.  
**ESD. PRIOR.** Abscedunt, quot, et ara, vetant, reparare.

6. confirm. 7. decret. 8. qui de B. 9. conjug. 10. ux. alien.  
Bulla Cyri, legitur, veniunt, mixta, abjiciendæ.

1. Neh. Artax. 2. in Ieru. 3. Ieru. 4. edif.  
**ESD. ALTER.** Astat, pergit, reparatur, in armis.

5. in fame 6. muri 7. in Ieru. 8. legis 9. Isr. ind.  
Bolus abest, finis, custodes, lectio, saccos.

10. fœdus 11. qui in Jer. 12. nom. 13. ux. alien.  
Consignant, habitant, Mystarum, projiciuntur.

1. Josue 2. ex Cyri reg. 3. fort. sunt 4. fortius  
**TERTIUS ESD.** Adolet sacra, pergunt, vina-que, verum.

5. ab æd. imped. 6. T. Jeru. 7. 8. Esd. fert 9. ux. ali.  
Binô annô, cœptum, finitum, scripta, abigendæ.

1. Esd. ad H. 2. à p. revoc. 3. cumul. 4. Ang. prop.  
**ULTIMUS ESD.** Abeat, Synagoga, scelus, paritates.  
5. da

5. dabitur      6. De. om.      7. hab. cel.      8. De. est  
Blandum solamen, novit, patiens, miserator.  
9. perib.      10. splend.      11. Esd. vid.      12. Ang. visa  
Complures, Mulier que, aquilam, mox notificavit.  
13. visus      14. De. loq.      15. Deus      16.  
Durus ventus, deque rubo, plactet, lacrymentur.

1. Rex Tob.      2. Tob. fit      3. Tob.      4. Tob. fil.  
TOBI. Amat, & cæcus, mortem cupiit, monuit-que.  
5. Tobia      6. inv. Tob.      7. Tob. Sar.      8. Tob. & S.  
Blandus adest socius, piscis, ducit-que, cubabant.  
9. Gabelus      10. Tob. Par.      11. Tob. Par.  
Cuncta exsolvebat, plorabant, exhilarantur.  
12. Tob. Raphaëli      13. Tob. de fer.      14. Tob. senior  
Dimidium obtulerat, præfagit, contumulatur.

1. Ecbat. ad.      2. Nab. mittit      3. N. vult h.      4. Isr.  
IN JUDITH. Arphaxad, Holofernem, solus, & orant,  
5. Ach. Assyr.      6. Ach. in Beth.      7. Hol. Be.      8. Jud. Sacerd.  
Bella vetat, ducunt, cingebat, corripiebat,  
9. Judith      10. Jud.      11. Jud. Hol.      12. Hol.  
Crines incinerat, se ornat, fallit-que, bibebat,  
13. Jud. c. H.      14. cap. H. pon.      15. Isr. Ass.      16. Judith.  
Decutit, ad murum, spoliârunt, atque canebat.

1. Assv. Regin.      2. Ass. am. Est.      3. Mard. Am.      4. Mard. 5. Est. R. ad c.  
ESTH. Accit, solam, non surgit, flet-que, vocavit,  
6. Regi insid.      7.      8. R. Mard. Am.  
Bini Eunuchi, Aman pendebat, substituit-que.  
9. Heb. host.      10. Gent. Assv.      11. M. serp.      12. Eunuch.      13. Aman.  
Cædunt, contribuunt, videt, insidiæ-que, tabellæ.  
14. Esther      15. ad Reg.      16. Aman. lit.  
Demum jejunans, intravit, & invalidantur.

1. Job      2. hab.      3. huic vitæ      4. pena e.      5. El. dat  
JOB. Adolet, scabies, maledixerat, ob scelus, & spem,  
6. Job d. se plecti      7. vita hæc      8. frust. sp.      9. ho. Deo coll.  
Barbarius, misera est, fictus, non justificantur.  
10. quar. Job      11. Soph. de Job      12. De. e.      13. Job socii  
Cur patitur, fans falsa, potens, sunt corripiendi.  
14. vita ho.      15. ho. ante D.      16. Job d. se pati      17. om.  
Debile, non mundus, sine crimine, sunt peritura,  
18. Bald.

18. Bald. arg. 7. 19. Job 20. infel. 21. mali  
 Elatum, surget, pravi, cur prosperiores.  
 22. Jobo obj. 23. De. ag. 24. Deus 25. ho. 26. adjuv. D.  
 Flagitia, ad placitum, scit tempora, vermis, & impos.  
 27. vite 28. D. scit 29. 30. Jobi fort.  
 Gloria curta, arcana, Jobi gesta, ac variata.  
 31. Job 32. Jobi am. 33. Deus 34. Deus  
 Haud fons, atque silent, est clemens, omnipotens-que.  
 35. virt. prod. 36. De. docet 37. Deus 38. Dei pot.  
 Ipsi homini, feriens, sapiens, non percipienda.  
 39. Jobi 40. silere jub. 41. malit. 42. j. om. dup.  
 Lingua amens, tum Leviathan. Behemoth-que, recepit.

1. 2. sap. bo. 3. sap. erit 4. sap.  
 PROV. Audi doctrinam, adfert, canus-que, require.  
 5. 6. D. od. 7. serva 8. sap. Deo 9. sap. dom.  
 Blanditur meretrix, sex, iussa, coæva, struebat.  
 10. 11. util. 12. 13. divites  
 Curta loquens, virtus, disciplinatus, egentes.  
 14. var. cond. 15. Deus 16. Deus 17. lata 18. tene  
 Doctorum, omnia scit, cor ponderat, ossa-que, vera.  
 19. fil. 20. luxur. 21. Reg. 22. laud. b. 23. pupil. 24. adju.  
 Erudias, vinum, cor, fama-que, non preme, pressos.  
 25. 26. transv. 27. crastini 28. pecc.  
 Famam non rodas, volucris, jactatio, celans.  
 29. 30. Dei vox 31. laud.  
 Gratis culpat, ignita-que, scemina fortis.

1. res scire velle 2. pro fil. 3. omne  
 ECCLESIASTÆ. Angor mentis, cumulatio, transit.  
 4. adv. innoc. 5. redd. 6. incuris 7. cave 8. scimus  
 Bella illata, vovens, & avarus, celsa-que, præsens.  
 9. 10. tent. 11. aliis 12. De. exig.  
 Ceu nil doctus inops, contra stes, da, rationem.

1. Sponsus 2. Sponsa opt. fr. 3. Sponsa Sp. 4. Spā  
 CANT. Audit botrus, fulciri, quærit, & hortus.  
 5. Sponsa Sp. in hort. 6. Spām d. 7. Sponsa Sp. 8. Spons. opt. fr. hab.  
 Blandè accit, castrum, vocat ad rus, exteriùs-que.  
 1. De. om. cr. 2. justor. 3. merc. 4. gener. 5. perp. gl.  
 SAP. Ad vitam, hostes, castorum, casta-que, justii.  
 6. Sap.

6. Sap. bonis    7. sic abib.    8. sap.    9. incerta  
 Bellè opplens, ut adis, bona fert, sapientia nostra.  
 10. Ægyptios    11. sap. Isr.    12. D. bo. prom.    13. qui D. ex f.  
 Claufit aqua, & duxit, Selectis, non didicere.  
 14.    15. maled. idol.    16. morsus  
 Deservit navis, fabricatores, colubrorum.  
 17. in Æg.    18. Heb. lux    19. Æg. in m.  
 Exurgunt tenebræ, lucebat, præcipitantur.

1. Sapient.    2. sit just. Deo    3. parent.    4. sis  
 ECCLI. A Divo oritur, famulans, veneratio, clemens.  
 5. homo    6. n. st. c. inv.    7.    8.    9. cum mul. a.  
 Binæ-linguæ, & amor, præsumptio, sænora, cautè.  
 10. ut rect.    11. cumul.    12. hosti    13. divitib.  
 Cives sic, nec opes, non fide, nec affocieris.  
 14. av. noc.    15. D. om.    16. Dom.    17. homo    18. noviss.  
 Divitiæ, cernit, novit, factus, memorare.  
 19. n. locupl.    20. magnat.    21. pecc.    22. pig.  
 Ebrius, atque placens, devitandum, lapidatus.  
 23. repreh.    24. sap.    25. novem    26. tria.  
 Fastus, & invitat, non suspiciosa, timenda.  
 27. peccam.    28.    29.    30. fil.    31. bibe  
 Gazæ amor, & parcas, sis largus, percute, paucum.  
 32. spernitur    33. De. ut    34. inopem    35. grata  
 Hortans peccantem, figulus, fraudans, holocausta,  
 36. Sap. D. sup. Is.    37. se perd.    38. mort.    39. Deus  
 Invocat, & potans, plorandi, cunctividens-que.  
 40. à mensa alior.    41. poss. b.    42. cust.    43. virt. D. ost.    44. laud.  
 Lumina deslectas, nomen, nata, astra-que, Patres.  
 45.    46.    47.    48.  
 Moyse. & Josue, David rex, atque Eliseus.  
 49.    50. huj. libri    51. Jes. Sir. Deum  
 Non justî reges, author quis, magnificavit.

1. De. Ju. Sacr.    2. Gent. ib.    3. Heb. punie.    4. ap. 7. mul. v.  
 ISA. Aspernatur, ad montem, pro scelere, unum.  
 5. in vinea    6. Isa.    7. pariet    8. scrib. Pu.    9. Christ.  
 Botrus abest, tacuit, virgo, nomen, parietur.  
 10. crudel.    11. Christi    12. Is. er.    13. punie.    14. Heb. de B.  
 Condens legem, ortus, salvus, Babylon, remigrabunt.  
 15. Isa.

15. *Isa. Moabi* 16. *petit* 17. *punient.* 18. *Jud. in Jer.*  
 Deslet cædem, Agnum, tribulatores-que, redibunt.  
 19. *præd. Æg. 20. Isa.* 21. *rapiet.* 22. *crux* 23. *vastab.*  
 Excidium, nudus, Babylon, Solymæ-que, Tyrus-que.  
 24. *punie. orb.* 25. *Deus* 26. 27. *pœna*  
 Flagitium, miruz, surgemus, Leviathan-que.  
 28. *Sacerdos* 29. *signat.* 30. *Juda Ass.* 31. *conversis D.*  
 Germina vitis amans, liber, invocat, auxiliator.  
 32. *stult. princ.* 33. *sal. cum.* 34. *punie.* 35. *prosper* 36. *Rabs. Jeru.*  
 Horrida fors, Judam, Gens, credens, convitians-que.  
 37. *Ang. Ass.* 38. *D. Ez. an.* 39. *Ez. thes.* 40. *ho.* 41. *debile*  
 Interimit-que, addit, monstrat, ceu flos, simulacrum.  
 42. *Christo* 43. *D. se pr. D.* 44. *D. aq.* 45. *vincet* 46. *D. ls.*  
 Laus danda est, verum, fundet-que, Cyrus-que, vocavit.  
 47. *Bab. in capt.* 48. *D. præd.* 49. *Chr.* 50. *Syn. ob sc.* 51. *speret*  
 Mordaces, implet, Dux, reppudiata, Zion-que.  
 52. *Chr.* 53. *Chr.* 54. *Ec. er. Syn.* 55. *Præc.* 56. *repreh.* 57. *justus*  
 Natio, mors, major, fructus, Pastor-que, quiescet.  
 58. *D. fest.* 59. *D. malis* 60. *D. in Ec.* 61. *hom.* 62. *in mur. J.*  
 Odit, crudelis, lucet, reparatio, Custos.  
 63. *Chr. calc.* 64. *D. nom.* 65. *Dei leg.* 66. *Chr.*  
 Prælum, notificet, projecerunt, oriatur.

1. *Jer. cl.* 2. *Isr. it* 3. *D. er.* 4. *D. conv. pr.* 5. *Jud. vastab.*  
**JEREM. A**, post flatuas, pater, & veniam, quia cæci.  
 6. *Ierus.* 7. *n. fide* 8. *Rex, etc. ad id.* 9. *hom.* 10. *n. time*  
 Bella prement, templo, transit, non fidito, stellas.  
 11. *seq. Patr.* 12. *vin.* 13. *Jerem.* 14. *hol. Jude.*  
 Crimina, vastata est, lumbare, nec accipientur.  
 15. *D. Jerus.* 16. *lud. reduc.* 17. *D. cor* 18. *De. ceu*  
 Disperdet, piscatores, scrutans, figulus-que.  
 19. *Jer. lagunc.* 20. *Jer. nativ. s.* 21. *n. mor.*  
 Et strangebatur, maledicebat, fugituri.  
 22. *lech.* 23. *repreh.* 24. *b. et m.* 25. *Ier.* 26. *Ierem.*  
 Funera, Pastores, ficus, spretus, capitur-que.  
 27. *Reges* 28. *H. Jer. è c.* 29. *Jud. lib. ex B. an.* 30. *Jud. de B.*  
 Gestent vincla, levat, post septuaginta, redibunt.  
 31. *Rachel* 32. *Nab. Je.* 33. *D. de c.* 34. *Jer. dab.* 35. *pro ex. pon.*  
 Haud ploret, cinxit, revehet, flammis, Rechabitis.  
 36. *Ioak.*

36. joak. lib. 37. Chald. le. 38. jerem. 39. Nab. lé. 40. jer. p. ubi v.  
Incendit-que, urent, stagnum, cepit-que, habitare.  
41. joh. cap. 42. jer. rog. 43. jud. in Æg. 44. jud. in id. cul.  
Liberat, atque orare, migrant, persistere dicunt.  
45. De. pac. 46. desolab. 47. vastab. 48. vastab.  
Mittet, & Ægyptus, Palæsthini-que, Moabus.  
49. Ammon, etc. 50. à R. Aq. v. 51. B. vast. 52. Tem. jer.  
Nacturi pœnam, Babylon, Medi-que, crematur.

1. jeru. 2. p. mor. 3. jerem. 4. pec. j. S. p. 5. jer.  
**THRENI.** Afflicta, fame, quasi functus, majus, et orat.

1. jud. f. crim. 2. jud. multa 3. Chr.  
**BARUCH.** Agnoicunt, toleraverunt, parietur.

4. 5. jero. vest. l. 6. jud. de B.  
Bella prement hostes, deponant, egredientur.

1. visa 2. vœ pl. 3. Ez. lib. 4. Ez. obs. je.  
**EZECH.** Aspexit, codex, edit, effigiavit.

5. Ez. rad. 6. lsr. urb. 7. ter. jud. 8. D. Ez. in j. 9. sig. sal.  
Barbam, rumpentur, vastabitur, abripit, et Thau.

10. Ez. vid. 11. carn. 12. præd. 13. sub. cub. 14. q. p. Proph. 15. jud. da.  
Cherub, cor-que, aderunt, pulvilli, consulit, igni.

16. leru. 17. due 18. salvab. 19. quid sig.  
Danda probro, atque aquilæ, qui pœnitet, atque læna.

20. Israelite 21. R. B. vast. 22. se Deo op. 23. id. cult. not.  
E vinclo venient, Solymam, nemo, meretrices.

24. ux. Ez. 25. ld. de lsr. ang. 26. Tyrus 27. Ez. ler.  
Fusus, gaudebant, est subvertenda, dolebat.

28. vastab. 29. er. deser. 30. desol. Æg. 31. Phar. et Assur  
Gens Sidon, Ægyptus, et urbes, interitus par.

32. Pharaonis 33. reus 34. D. lib. 35. vast. 36. dab. p. 37. arida  
Horrida mors, speculans, Agnos, scir, amnis, et ossa.

38. D. Góg 39. Gog 40. leru. 41. Tem. 42. pro Sacerd-  
Immittet, cadet, & reparent, forma, ac locus esús.

43. Dei gl. 44. in Sanctu. 45. danda  
Lautè comparet, qui intrent, pars Presbyterorum.

46. Principes 47. aq. fit 48. civit.  
Munera quæ dederint, torrens, portæ duodenæ.

1. Dan. pot. 2. Sap. 3. tr. puer. 4. Nabuch. 5. Dan. verb.  
**DAN.** Aqua, cæduntur, fornax, arbor-que, legebat.

6. Dan. accus. 7. Dan. vid. an. 8. à Dan. v. 9. D. prop.  
Bestiæ edunt hostes, quatuor, mox hircus, et orat.  
10. vir. l. ind. 11. Ang. vatic. 12. fulg. 13. à Sen. foll. 14. Hab. Dan.  
Comparet, Persis, Docti, Susanna, cibavit.

1. Of. adult. 2. De. vias 3. Isr. er.  
OSEE. Accepit, mox sepiet, & sinè sacris.

4. 5. ju. et ls. pec. 6. De. 7. san. v. D. et Isr.  
Bâl recolunt, haud cessant, est clemens, scelus obstat.

8. De. Samar. 9. Isr. in pec. 10. Isr. dab. Ass.  
Contemnet sacrum, persistunt, ob simulacra.

11. Deus Isr. 12. Isr. in Ægy. 13. De. e. 14. Isr. præd.  
Dona dat, & sperant, Salvator, perditiones.

1. inc. proph. 2. De. Spir. 3. loc. iudicii  
JOEL. Ab crucis, effusus, Josaphat-que.

1. D. n. conv. 2. Iudeal. D. 3. de ls. serv. 4. Prim. not.  
AMOS. A quatuor, spernit, pauci, vitulæ que.

5. capt. caus. 6. punie. 7. Am. vid. 8. verb. D. 9. D. Tab. Dav.  
Bâl cultus, fastus, trullam, esurient, reparabit.

1. Ed. Isr. 1. in Thar. 2. jo. absf. 3. D. Nin. 4. jo. opt.  
ABDI. Anxit. JON. Abit, cetus, parcebat, obire.

1. Mich. pop. voc. 2. Rellig. pop. 3. peccant 4. G. ad Ecc.  
MICHÆ. Ad ploratum, collectio, Presbyteri, ihunt.  
5. 6. De. ingrat. e. 7. De. prom.  
Bethlem edet Christum, puniturus-que, tenebit.

1. Deus est 2. vastab. 3. de Nin.  
JN NAHUM. Altipotens, Ninive, nemoque dolebit.

1. imp. præval. 2. destruct. 3. Hab.  
HAB. Adversum æquos, Babylonis, tum rogavit.

1. iudicii 2. mon. Soph. ut 3. credent.  
SOPHON. Amara dies, convertantur, cumulandi.

1. ob pec. venie. 2. Temp.  
AGGÆUS VATES. Anni steriles, fabricarunt.

1. pop. ex B. in je. 2. vir. jeru. 3. Chr. vest. spl.  
ZACH. Adducetur, mensurans, induerat-que.

4. 5. lib. 6. quat. 7. jud. capt. jej.  
Binaque oliva, volat, quadrigæ, projiciuntur.

8. jud. 10. ethn. 9. vastab. 10. Deus 11. absf. s.  
Concomitabuntur, Syrius, dat singula, virgæ.  
12. Isr.

12. jeros. 13. pop. 14. dab. viv.  
Deflebunt fixurā, dispergentur-que, fluentum.

1. D. Sacerd. sacr. 2. Sacerd. leg. 3. Veniet 4. dies D.  
MALACH. Aspernans, spernunt, Præcursor, et uret.

1. morit. 2. luget 3. mator.  
MACH. PRIOR. Antiochus, tum Mathathias, et Judas.

4. cont. Gorg. 5. jud. Galaad. 6. jud. jer. 7. mitt. corr. lsr.  
Bella Judæ, ac relevat, cingebat, Demetrius-que.

8. Leg. 7. c. Ro. p. 9. ju. succ. 10. cep. urb. Ptol. 11. fil. dat. Dem.  
Componunt, Jonathas, et Alexander, Ptolemæus.

12. lo. fu. Du. 13. jon. succ. 14. Dem. cep. 15. Heb. à Ro. 16. jon. P.  
Demetrii, Simon, Arfaces, laus data, Summus.

1. Ieros. m. Æ. 2. ara 3. Sim. Ap. th. 4. Pont. em.  
MACH. POSTREMUS. Ave, latuit-que ostendit, Onias.

5. in aère 6. Dux à l. D. 7. septem 8. Nic. jud. Deum  
Bellæ acies, prohibet, Fratrum mors, magnificavit.

9. Antioch. 10. Iudas 11. Iudas perc.  
Cumbebat languens, purgaverat, atque Lyfiam.

12. Iudas pro def. 13. Menelaus 14. Nic. c. lu. 15. av. pr. Nic.  
Dat sacrum offerri, fit transfuga, fœdera, lingua.

1. Christ. 2. in Æg. 3. Sp. S. in C. 4. quad. d. 5. beat.  
MATTH. A queis ortus, fugit, et volat, esurit, octo.

6. n. fit nim. 7. in oc. 8. Pet. 9. mul. san. 10. Ch. Disc.  
Boli cura, trabes, socrus, de sanguine, mittit.

11. Ch. Patri 12. Di. vel. 13. in tri. 14. 5. m. sat. p. 15. 4. m. f. p.  
Confessus, spicas, zizania, quinque-vé, septem.

16. Christum 17. Ch. in tr. 18. n. scan. 19. laud. sui 20. ul. er.  
Dicunt Vatem, ut nix, parvos, castratio, primi.

21. pell. vend. 22. dandi 23. ex cath. 24. adv. Chr. 25. Virg.  
Ex templo, an census, dictum fac, signa-que, denæ.

26. Disc. 27. Chr. 28. Chr.  
Fugere à Christo, moriebatur-que, resurgit.

1. Chr. voc. 2. cum Pub. 3. Christi 4. propon. 5. de. int.  
MARC. Andream, edit, frater quis, femina, porcos.

6. Her. Chr. put. 7. que ho. 8. cav. Phar. 9. scand. m. 10. serv. e.  
Baptistam, maculant, fermenta, abscindito, major.

11. injur. 12. mand. 13. 14. Magd. Chr. 15. Chr. 16. Chr.  
Condone, primum, vigila, unxerat, in cruce, surgit.

1. *Gabr. mitt.* 2. *Mar.* 3. *Sp. S. in C.* 4. *Chr. Isa.*  
**LUC.** Ad Mariam, peperit, volat, atque legebat.  
 5. *Chr. ap. Levi* 6. *el. Disc.* 7. *Magd. C.* 8. *sedat.* 9. *Her. C. opt.*  
 Bellè tractatur, bis sex, linit, unda, videre.  
 10. *Chr. Patri* 11. 12. *præc.* 13. *via ca.* 14. *om. pro Ch.*  
 Confessus, quî ores, lumbos, angusta, relinque.  
 15. 16. *div.* 17. *Chr. veniet* 18. *asc. in Te.*  
 Drachma inventa, epulo, tanquam fulgur, Publicanus.  
 19. *Chr. vend.* 20. *his, q. n. resp. Chr.* 21.  
 Ex templo pellit, non respondet, vigiletur.  
 22. *Chr.* 23. *Chr.* 24. *Chr.*  
 Filius esse docet, crucifixerunt que, revixit.

1. *Ch. à jo. d.* 2. *in vin. v.* 3. *Chr.* 4. *Chr. loq.*  
**IN JOAN.** Agnus, aquam, crescet, cum Samaritana.  
 5. *ægrof.* 6. *ne rex fi.* 7. *jud. de f. do.* 8. *absolv.* 9. *san. in sab.*  
 Balnea, & aufugit, convicit, adultera, cæcum,  
 10. *est unus* 11. *Laz.* 12. *adit* 13. *ped. Di.* 14. *Chr.* 15. *Chr.*  
 Cum Patre, suscitatur, ac Martham, lavat, est via, vitis.  
 16. *Sp. S.* 17. *rog. Di.* 18. *Pet.* 19. *Chr.* 20. *it ad sep.* 21. *Pet. susc.*  
 Dandus, servari, negat, in cruce, Magdalis, Agnos.

1. *Chr. in ca.* 2. *Sp. S.* 3. *Pet. et J. S.* 4. *Ap. Ch. Sal.*  
**ACTUS,** Assumptus, missus, claudum, docuerunt.  
 5. *Apost. captis* 6. *cred.* 7. *Steph.* 8. *Saul. Ec.* 9. *Saul.*  
 Bucca haud clausa, aucti, lapidant, vastat-que, cadit-que,  
 10. *Pet. voc.* 11. *Ap. in Pet.* 12. *Pet.* 13. *Elim. f.*  
 Cornelius, disceptabant, in carcere, cæcus.  
 14. *Pau. saxo* 15. *leg. circumc.* 16. *à Pau. pul.* 17. *in Thess.*  
 Discutiunt, non servant, Python, seditiones,  
 18. *Paul.* 19. *act. ju.* 20. *Pau. ampl.* 21. *Pau. lig.*  
 Est operans, fassi, non cernent, atque Tribunus.  
 22. *Paul.* 23. *Pau. à D.* 24. *à Tert. ap. Fel.*  
 Flagris percutitur, firmatur, & insimulatur.  
 25. *cum Pau.* 26. *respond.* 27. *Pau. Rom.* 28. *Pau. perc.*  
 Gestum Festi, tum Festo, deïn navigat, anguis.

1. *Pau. Rom.* 2. *H. pp. G.* 3. *Heb. f.* 4. *justif.*  
**ROMA.** Adiisse cupit, carpit, promissa, fides-que.  
 5. *magis nunc just.* 6. *bapt. sum.* 7. *à lege relev.* 8. *à Chr. nos*  
 Balnea Christi, in Christo, ut femina, nil removebit.  
 9. *D.*

9. D. cui vult, 10. P. pro H. 11. D. sibi quos. 12. se Deo 13. lex stat  
Commiserens, rogitat, servat, subdent, in amore,  
14. ob scand. 15. Pau. Rom. est 16. quosd.  
Dimittas esum, perventurus-que, salutat.

1. De. eleg. 2. P. præd. 3. Temp. D.  
PRIMA COR. Abjctum, non altè, non violabis.

4. Pau. min. Ps. 5. inc. dat 6. omnia 7. quid f.  
Baccillum, Satanæ, non expedientia, Sponsi.  
8. ne scandaliz. 9. P. Corint. 10. hum. 11. instit. 12. divers.  
Claude gulam, haud edit, tentatio, Cœna, charisma.  
13. 14. mul. in E. 15. Chr. mult. 16. Pau. subjung.  
Diligito, taceant, apparuit, atque salutes.

1. De. Pa. lib. 2. Corinthum 3. Heb. scr. leg.  
ALTERA COR. A damnis, cur non it, tenebrantur.  
4. post ærum. 5. Dis. cup. 6. grat. 7. de Cor. P. 8. el. paup. ler.  
Bella corona, mori, non negligè, gaudia, dent-que.  
9. de omn. 10. P. in præd. Ps. 11. P. mala 12. P. 13. à Chr. P.  
Cura Dei, impediunt, passus, stimuli-que, potestas.

1. Gal. ab Ev. 2. Apostoli Paulum  
AD GALATAS. Abscefferunt, ac tulcipiebant.  
3. Chr. nos à maled. 4. Heb. er. 5. repug. 6. hum. prox.  
Bellè exsolvebat, sub lege, caro-que, juvemus.

1. Eph. prox. 2. G. fa. 3. prom. p. 4. Eccl. 5. mul. subd. 6. offic.  
EPHES. Amant, cives, Gens, ordo, viro-que, parentum.

1. P. opt. diss. 2. oper. sal. 3. P. semp. 4. mon. ut  
PHILIP. A vita, metuendo, proficit, orent.

1. hort. 2. Philos. 3. ex. ho. 4. Epist. in utr. Ec.  
COL. Ad profectum, caveant, vetus, atque legatur.

1. P. conc. fr. 2. P. diët. 3. P. Tim. 4. exerc. 5. dies D.  
THESS. PRIOR. Attulerat, Præco, mittit, labor, ut fur.

1. gl. accip. 2. Seduct. de ult. d. 3. Pau. petit  
POSTREMA. Afflicti, non credant, atque precamen.

1. Paulus 2. mul. in Ecc. 3. qual. sit. 4. de nup. d.  
PRIMA TIM. Apostolus est, taceant, Præful quoq; falsū.  
5. probos 6.

Bis veneror Mystas, fugias aliena docentem.

1. Chr. mort. 2. Tim. rectè 3. qu. fr. ha. 4. P. Tim.  
ALTERA. Ademerat, et doceat, scriptura, vocavit.  
1. qua

1. qualis 2. qu. doc. 3. spes f. 1. P. Ones. sibi v.  
**TIT. Antistes, anus, hæres. PHILEM. Affociare.**

1. Lex N. 2. Ch. Ang. pau. 3. Chr. 4. De. om.  
**HEBRÆI. Altior est, minor est, pareto, videt-que.**

5. Chr. or. Pater 6. n. d. bap. 7. jur. f. Ch. 8. Sacr. nost.  
Blandè audit, repeti, mystatus, nobiliora.

9. host. N. L. 10. fit L. 11. 12. mala 13. obed.  
Celsior est, nova, laus fidei, fer, Præpositis-que.

1. doct. 2. justif. 3. mal. c. l. 4. mutu. 5. Presb. inf.  
**JACOB. Ab axe petas, factum-que, loquax, amor, ungant,**

1. De. voc. 2. cum f. 3. ut Chr. 4. prox. 5. dem.  
**PET. PRIOR. Ad fidem, adi, patiaris, amato, resiste.**

1. Pet. hort. 2. Ps. mult. 3. dies D. ven.  
**POSTREMA. Ad virtutes, seducent que, velut fur.**

1. lo. refert 2. præc. 3. D. nos 4. char. t. pell. 5. de Ch. test.  
**PRIMA JOAN. Aspecta, duo-que, amat, atque foras, tres.**

1. Ioan. 1. Jo. ad Gasp.  
**ALTERA. Ad Electam scribebat. TERTIA. Adibit.**

1. jud. prædicat  
**JUDAS THADDÆUS. Adversus luxuriantes.**


1. Ioan. 2. scribit 3. scrib. 4. vid. in thr.  
**APOCAL. Ad Patmos, Ephesum, Sardis-que, sedentem.**

5. quat. 6. sign. judic. 7. in fron. 8. aper. fig. 9. cad.  
Bruta-que, Sol nigricans, signati, septima, stellæ.

10. Ang. for. 11. lo. Tem. 12. app. 13. de mari asc. 14. virg.  
Clamat, metitur, Mulier, tum Bestia, cantant.

15. Bestia 16. Ang. eff. 17. in Best. f. 18. Bab. 19. Ang. sibi c.  
Devicta est, phialas, meretrix, cecidit-que, negavit.


20. libri 21. celest. ler. 22. liber hic  
Et reserabantur, fundamina, non minuatur.



## Errata corrigenda.


- Gen. c. dicitur. lege : dicitur c. 10. cupiendarum. l. capiendarum. c. 47. traditit. l. tradidit.*
- Exod. c. 8. angit musca vesana. l. musca venit malè sana. c. 31. cuncta. l. cuncta. c. 32. item Num. c. 25. & alibi pro trucidò, & trucidator ubique sumatur jugulo, & jugulator.*
- Num. c. 20. cratur. l. creatur.*
- Deut. c. 19. rata. l. rata. c. 20. remare. l. remeare. c. 25. fecut. l. fecerit.*
- Jos. c. 17. crescit. l. crescit. c. 19. quos. l. quas.*
- Ruth. c. 4. cædente. l. cedente. l. bid. mansit consorte priore. l. partem est ætate priore.*
- 1. Reg. c. 25. Phlati. l. Phalti. c. 28. primebat. l. perimebat.*
- 2. Reg. c. 3. ritè Davide. l. Davide ritè. c. 6. Obedeom. l. Obedom. c. 20. popèrat. l. prope-rat. c. 24. oboletur. l. aboletur.*
- 3. Reg. c. 20. campestrensi. l. campestri.*
- 4. Reg. Arg. Babylonys. l. Baby-loniis. c. II. cæpit jugulare. l. fuit ausa necare. c. 18. & ser-pentis. l. serpentis. c. 23. fretus. l. fretus.*
- 1. Par. c. 7. Manassisque. resectæ. l. Manassisque resectæ c. 28. stru-neda. l. struenda. c. 29. liverunt. l. hierunt.*
- Tob. c. 8. marg. (a) priscis. l. pi-scis.*
- Esth. Arg. convium. l. convivium. c. 13. nece Mardochusque. l. ne-ce : Mardochusqus.*
- Job. c. 2. Satan. l. Satanas. c. 3. luces egère ferales. l. luctus du-cunt sociales. c. 14. invitæ l. in vitæ. c. 40. docuisti Aut. l. do-cuisti : Aut.*
- Psal. 9. Confiteor. l. confitebor. ps. 90. illius. l. illi.*
- Eccle. c. 4. quia qui non. l. quia non.*
- Cant. c. 4. decoravit. l. conde-coravit.*
- Eccli. c. 5. Cinæ linguæ l. Binæ linguæ. c. 50. cerebrò JE sus. l. cerebrò : Jesus.*
- Isa. c. 17. oblitam. l. oblitum.*
- Jer. c. 29. Solymis, qui. l. Soly-mis qui.*
- Ezech. c. 23. stupris, cum. l. stu-pris cum.*
- Amos c. 2. Moabatque. l. Moab, atque.*
- Mal. c. 2. sperunt. l. spernunt.*
- 1. Mach. c. 9. Jambri feriebat. l. Jambri quatiebat.*
- Matth. c. 1. bleanda. l. beanda. c. 3. verb. l. verba.*
- Marc. c. 9. factus. l. fatus.*
- Luc. c. 22. amatur. l. ematur.*
- Joan. c. 6. Satan. l. Satanas.*
- Act. c. 1. Christus : it. l. Christus it.*
- Rom. Arg. per gratia l. per gra-tiam. post Arg. ROM. l. ROMA. c. 9. commiserens Deus : l. com-miserens Deus est :*
- 1. Cor. c. 5. purgari. l. purgatò.*
- 1. Thess. c. acta notas : l. acta no-tas tua.*


*Ceteros errores lector ipse be-nignè emendabit.*




6373-1953

DEBRECENI EGYETEMI KÖNYVTÁR  
-6373-1953 naplószám











756098





756098

756098

756098

Dear  
Mr. [unclear]  
[unclear]  
Yours  
[unclear]

